⁊ oia loca vnctionū.ſcilʒ ſcapulas ⁊ pect⁹ ſm Hugonem q̄ cādore ſuo figuram prefert accepte nouitatis ⁊ reſtitutionem innocētie: ⁊ ſpem future immortalitatis. Hec ē em̄ veſtis in qua ad nuptias regis intrare quelibet eſt neceſſe. Unde ſacerdos imponendo eam dicit. Accipe veſtem candidā ſctām et immaculatam.i.vite innocentiā q̄ tunc reſtituit ei: quā pferas ad tribunal xp̄i: vt habeas vitam eternā amen. Poteſt tn̄ iſte panniculus etiā ſeruari pro alijs pueris baptizandis i eccleſia: vt d̄r de ɔſe.diſt.iiij.ca. ſi q̄s vbi d̄r. Si q̄s voluerit chriſmate iterū pannū linire ⁊ ſup aliū baptizandū mittere nō eſt abſurdū. Et vltimo ſacerdos tradit puero in manus lampadē ſeu cereū incēſum qd̄ ſignificat fidei ⁊ amoris longitudinē. Lumen em̄ ſignificat fidem: ſed incenſuʒ ſignificat fidē informatā charitatis feruore. In manibus autē acceptū ſignificat bonorum operū exhibitionē: ⁊ cū tali xp̄o om̄s occurrere debemus ad iudiciū veniente. Et ideo dicit ſacerdos. Accipe lampadē ardētem ⁊ irreph̄ēſibilem: ⁊ cuſtodi baptiſmuʒ tuū: vt cū dn̄s ad nuptias venerit poſſis ei occurrere vna cū ſanctis ⁊ electis dei in aula celeſti vt habeas vitā eternam: ⁊ viuas in ſecula ſeculorum.amen.

## De ſacramento confirmationis.

Confirma hoc de⁹ qd̄ operatus es i nob. Pſal lxvij. Poſt ſacramentū baptiſmi ſeq̄tur aliud qd̄ maius eſt q̄tū ad miſtrorum dignitatē. Hoc em̄ a ſūmis pōtificib⁹ id eſt ep̄is vel ſuffraganeis tm̄modo traditur ſicut ⁊ a ſolis ap̄lis tradebatur: vt d̄r de ɔſe.di.v. Manus. Prius ei vnctio poſtea ſeq̄tur cōfirmatio: ibi peccatum dimittit̄. hic gratie donant̄. Datur aūt hic illa gr̄a q̄ ɔtra ſingula vitia ⁊ ſi nō ſēper q̄nq̧ tn̄ pugnat̄. Eſt autē gr̄a q̄ſi armatura q̄dam q̄ in hoc deſerto poſt tranſitū maris baptiſmi contra vitia pugnamus. Sicut em̄ ſubmerſis egyptijs a tergo ſeq̄ntib⁹ filios iſrael.filios iſrael olim hoſtes oppugnauerūt p̱ deſertuʒ.ſic ſubmerſo dyabolo in baptiſmo q̄ primū nos inſeq̄bat̄ multa nobis p̱ huius vite deſtum vitia cōſtituit cōtra q̄ vitia gratia in hoc ſac-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mento eſt data qua q̄ſi arma
tura q̄dam ⁊ munitione qua
dam muniamur. Vn̄ poſt ba
ptiſmi ſuſceptionē in quo eſt
grā collata q̄tū ad innocen=
tie ⁊ noue vite reſtitutionem
ↄgrue petit eccl̄ia ſibi dari ſa
cramētū a deo p̄ qđ i illa gra
tia cōfirmet̄ dicens v̄ba pre=
miſſa. Cōfirma hoc de⁹ ſcʒ p̄
ſacramentū ↄfirmationis qđ
operatus eſt in nob̄ ſcʒ p̄ gra
tiam baptiſmalis renouatio
nis. Iſta duo ſacramēta ita
ſunt cōiuncta q̄ ab inuicē ni
ſi morte p̄ueniēte nullaten⁹
poſſunt ſegregari. ⁊ vnū ſine
altero rite p̄fici nō pōt. Ita
dicit melchiades papa ſcri=
bens hyſpaniarū ep̄is: cuius
v̄ba ponūtur: de ↄſec. diſt. v.
De his vero. Diffinit̄ aūt
iſtud ſacramētū ſm̄ doctorē
ſubtilē ſup̄. iiij. ſentēciaꝝ. di.
vij. q. j. ſic. Cōfirmatio eſt vn
ctio hōis viatoris aliq̄lit̄ con
ſentientis. vel libero arbitrio
nōnunq̄ vſi facta in fronte fi
gura crucis cū chriſmate ſan
ctificato ⁊ a miniſtro ydoneo
ſimul cū intentione debita in
ungente ⁊ v̄ba debite ↄferē=
te ſignans efficaciā ex inſtitu
tione diuina vnctionē aīe p̄
grām roborans ad cōfitendū
cū ↄſtantia fidem xp̄i. Et ſm̄
beatū Thomā ſup̄. iiij. ſentē=
ciarū. Cōfirmatio in re ē ip̄a
linitio chriſmatis ſub forma
v̄boꝝ preſcripta.

Que ſint de ſubſtātia hui⁹
ſacramenti.

Circa quod ſciendū eſt ſm̄ Pe
trū de tharan. ſup̄
iiij. di. xvij. ⁊ Arch.
de ↄſe. di. v. nouiſſime. Qui/
q̄ dicunt̄ de ſubſtantia hui⁹
ſacramēti. duo ex parte ſacra
mēti in ſe. ſ. materia chriſma=
tis. id ē oleū cum balſamo ab
ep̄o ſanctificatū. vt habet̄ de
ↄſe. di. iiij. Preſbiter. Nec p̄t
ſine tali oleo cōferri h̄ ſacra=
mentū: eo q̄ ſm̄ Tho. ſup̄. iiij
diſt. vij. q. ij. arg. iij. illa ſacra=
menta q̄ ſibi miniſtrū deter=
minant etiam materiā ſancti
ficatā req̄runt ⁊ exigunt. Sʒ
ſacramētū qđ nō determinat
ſibi miniſtrū niſi q̄tum ad ſo
lennitatē: nō habet materiaʒ
ſctificatā q̄tū ad neceſſitateʒ
ſed q̄tum ad ſolennitatē: vt
baptiſm⁹. Et qꝛ hoc ſacramē
tum determinat ſibi miniſtrū
ideo etiā req̄rit materiā ſan=
ctificatā ab eo q̄ eſt miniſter
huius ſacramēti. ſcʒ ab ep̄o.
Quare aūt materia eſt chriſ
ma oſtendit arti. ij. dicēs q̄ h̄
ſacramentū ſumpſit initiū ab
aduētu ſp̄ūſſancti in diſcipu=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

los q̄ apparuit in linguis ig=
neis:ſed igni nihil cōuenien
tius accipi poteſt loco ei⁹ ꝓ
materia in ↄfirmatiōe q̄ ole=
um.q꞉ lucet ⁊ nutrit ignem.
Figuram aūt lingue cōueniē
ter accipit balſamus ꝓpter
odorem. q꞉ ꝓpter confeſſio=
nem lingue odor bone noti=
cie dei diffundit in omni loco
Ideo ſicut viſibilis appa itō
ſpūſſancti fuit in igne figura=
ta in figura lingue. ita mate=
ria ↄfirmatōis eſt in oleo bal
ſamato vt oleum ꝑtineat ad
ↄſcientiā quā oportet habe
re nitidam eos q̄ confeſſores
diuine fidei ↄſtituunt.Et bal
ſamus ad bonā famā ꝑtinet
quā oportet diffundere et v̾=
bis ⁊ factis in cōfeſſione fidei
Hec ſanctus Tho. Et lȝ xp̄s
circa inſtitutionē hui⁹ ſacra=
menti nō fuit vſus tali mate=
ria:nec apl̄i poſt eum.tn̄ ideo
hodie eccl̄ia nō vtitur incon=
grue tali materia:eo ꝙ xp̄us
nō alligauit potentiā ſuā ſa=
cramentis.potuit em̄ ſine ta=
li materia cōferre ꝑ aliuȝ mo
dum gratiā hui⁹ ſacramenti.
Sil̄r ẜm doctorē ſubtilem po
tuit cū diſcipulis diſpenſare i
ꝓmitiua eccl̄ia:vt ꝑ aliuȝ mo
dum ↄferrent hoc ſacramen=
tum.maxime cū tunc erāt ali
qua ſigna ſenſibilia . vtputa
deſcenſus ſanctiſpūs deſup.
et donū linguarū.que oīa ac
cipiebant ↄfirmati per apl̄os
Unde nō fuit neceſſaria eis
materia hui⁹ ſacramēti in ſi
gno tā occulto.ex quo in ma
gis viſibili et euidentiori illō
conferebant. Credit tn̄ idem
doctor ꝙ hec materia ab apo
ſtolis ſit inſtituta. licet nō le=
gatur.Scōm qd̄ eſt de ſubſtā
tia huius ſacramenti eſt for=
ma v̾borum q̄ eſt hec.Conſi=
gno te ſigno ſancte crucis.et
ↄfirmo te chriſmate ſalutis in
noīe patris ⁊ filij ⁊ ſpiritusſci
amen.Refert tn̄ archidiaco/
nus de ↄſe.di.v.c.nouiſſime.
et ẜm Hugonē ibidem tenuiſ
ſe.ꝙ nec forma predicta nec
alia eſt neceſſaria ⁊ de ſubſtā
tia hui⁹ ſacramenti.imo cre=
dit ꝙ ſacr̄m olei ⁊ ſacr̄m chriſ
matis poteſt ↄferri ſine v̾bo.
dūmodo fiat vnctio de oleo:
vel de balſamo ↄſecrato.Idē
etiam notat.xcv.diſt.ca . per
uenit . Illud tamen ibi dixit
ſub dubio . Ego tamen iſtud
dictum min⁹ recipio.nec ad=
mitto eo ꝙ nec iure nec ratio
ne conſiſtit. et omnibus theo
logie magiſtris aduerſatur.
Tertiū quod ē de ſubſtantia
hui⁹ſacramenti quod requi=
ritur ex parte miniſtri eſt di=
gnitas pōtificalis ſeu ep̄alis

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝛ intentio debita. Intantum em̄ requiriť miniſteriū ponti ficis in collatõe hui⁹ ſacramē ti. vt ſi ꝑ alium ſimplicē ſacer dotē fieret etiā de cõmiſſione nõ valeret licꝫ ſm̄ quoſdā pa pa põt ſimplici ſacerdoti cõ= mittere vt poſſet hoc ſacra = mentū cõferre. Et hoc tenet glo. c. iiij. de ꝯſuetudine. Hoc etiā tenet ibi. Hoſti. Hoc eti= am tenet. Archid. xcv. diſtin. ꝑuenit. Hoc etiaꝫ idē appro= bat ſctūs Tho. ſup. iiij. diſti. vij. q. vj. ar. iij. vbi aſſignat ra tionem dicens ꝙ papa ꝑ hoc ꝙ eſt epiſcopoꝝ ſummus nõ diciť hr̄e plenitudinē ꝑtātꝭ ꝑ relationē ad corpus dñi veꝝ ſꝫ ꝑ relatõꝫ ad corp⁹ myſticū Et q2 gr̄a ſacr̄alis deſcēdit in corp⁹ myſticuꝫ a capite ideo oīs opatio in corp⁹ myſticuꝫ ſacramētalʼ ꝑ quā gr̄a dať de pendet ab opatõe ſacramēta li ſup corp⁹ dñi veꝝ. Et ideo ſolus ſacerdos p̄t abſoluere ī foro penitentiali ꝛ baptizare ex officio. Et iõ dicēdū ꝙ pro mouere ad illas ꝑfectiões q̄ nõ reſpiciūt corp⁹ dñi verum ſed ſolū corp⁹ myſticū põt a papa q̄ habꝫ plenitudinē põ tificalis ꝑtātis cõmitti ſacer/ doti q̄ hꝫ actū ſūmū ſup cor= pus dñi verū: nõ autē dyaco no vel alicui inferiori q̄ nõ hꝫ ꝑficere corp⁹ dñi veꝝ: ſic nec abſoluere ī foro penitentiali Nõ aūt põt ſimplici ſacerdo ti cõmittere ꝓmouere ad ꝑfe ctionē q̄ reſpicit aliq̄ mõ cor/ pus dñi veruꝫ. Et iõ ſimplex ſacerdos ex mādato pape nõ põt cõferre ordinē ſacerdo= tij. q2 ordies ſacri habēt actū ſupra corp⁹ dñi veꝝ vľ ſupra materiā ei⁹. Põt tñ cõcedere ſacerdoti ꝙ ꝯfirmet: q2 cõfir= matio ꝑficit eū in actu corpiſ xp̄i myſtici. non aūt habet ali quā relationē ad corpus dñi verū. Et h̄ dictū approbat in toto petr⁹ de tharan. ſup. iiij. ſñiaꝝ diſt. iiij. ſcḋo principali. q. j. ar. ij. Hoc idem approbat Scot⁹. Et licet Bonauentu= ra videatur ꝑmiſſis ꝯdicere. tñ aſſiſtēdū eſt maiori ꝑti do ctoꝝ ꝑdictorū. q̄ cū deťmina tione eccľie h̄ approbātes cõ ſētiūt ī toto ꝛ ꝯcordāt. Quar tū qḋ ē de ſubſtantia hui⁹ ſa= cramēti eſt ex parte ſuſcipiē= tis ſcꝫ locus ſuſcipiens: qui ē frons. Unctio em̄ fit ad cõſi= gnificandū id quod ꝯfertur ī ſacramēto. Unde in cõfirma tiõe ꝯferť audacia ꝯfeſſionis cui⁹ oppoſitum. ſ. timor ꝛ eru beſcētia principali⁹ ꝛ euiden tius in fronte manifeſtanť iõ fit vnctio frontis. Hec eſt rõ Archid. de ꝯſe. di. v. Nouiſſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

me.Alia aūt rō ſm Petr̄ ſu=
p.iiij.di.vij.q.iiij.quia etiam
robur in fronte ſignaẗ. iuxta
illud.Eze.iij.Ecce dedi fron=
tē tuā duriorē frontib⁹ eorū.
Vñ in trib⁹ ſacris fit triplex
vnctio ſancti chriſmatis. ſed
tñ diuerſificātur ex fine.qꝛ in
baptiſmo vt dictū eſt fit i ver
tice.ad ſignificādū fidei ſuſce
ptionē:qꝛ vertex ē loc⁹ rōna
lis.In ꝯfirmatōne i fronte fit
vnctio ad ſignificandā auda
ciā ꝯfeſſiōis.cui⁹ ipedimētuꝫ
ſcꝫ timor vł vecundia i pallo
re vel rubore frōtis oñdiẗ ex
ꝓpinqtate cellule memorati
ue ꝛ ymaginatiue. In ordie
vo in manib⁹ fit vnctio ad ſi=
gnificandū ptātē ꝯſecrādi cor
pus dñicū.Hec Petr⁹.Aliaꝫ
rōnē ponit canō dicēs. Spi
ritusſctūs i baptiſmo tribuit
plenitudinē ad innocētiaꝫ.in
ꝯfirmatiōe augmētū ad grāꝫ
pſtat.In baptiſmo regenera
mur ad vitā poſt baptiſmum
ꝯfirmamur ad pugnā. In ba
ptiſmo abluimur.poſt baptiſ
mū roboramur Regeneratō
per ſe ſaluat.confirmatio ar=
mat ꝛ inſtruit ad agones hu=
ius mūdi et ꝑlia.de ꝯſe.di.v.
ſpūſſctūs.His oībus conſo=
nans Rabanus de īſtitutiōe
cle.li.j.c.xxx.dic. Signaẗ in
baptiſmo baptizat⁹ cū chriſ=
mate i capitis ſūmitate.id ē i
vertice ꝑ ſacerdotē ſimplicēꝫ
ꝑ pontificeꝫ vo i fronte.vt in
ꝑori vnctōe.ſ.i ſummitate ca
pitis in baptiſmo ſignificetur
ſup ipm ſpūſſcti deſcenſio ad
inhabitatiōeꝫ deo ꝯſecrādā i
ſcōa qꝫ.ſ.i ꝯfirmatiōe vt eiuſ
dem ſpūſſcti ſeptiformis grā
cum omni plenitudine ſctita
tis ſciētie vtutis ꝛ veritatis
venire in hominē declaretur
Habētur iſta verba de cōſe.
diſti.v.nouiſſime.Datur aūt
hec gratia nō ſolum cōmuni
ter ſicut in alijs ſacramentis
ſꝫ etiā ſpecialiter.ꝑ quā quis
deputaẗ ad effectum ſctitatis
ꝛ ydone⁹ efficiẗ ad chriſtū cō
fitēdū.Et hec eſt maxima vti
litas.Vñ h̄ debēt pēſare ho=
mines ꝛ iſtud ſacramētū non
obmittere.nā obmiſſio ipius
augmentuꝫ gratie ſubtrahit.

De accidētibus circa ſacra
mētum confirmationis.

c Onſequēt
videndū ē de ac=
cidētib⁹ hui⁹ ſacr=
mēti q̄ ſūt qttuor. Primo qꝛ
iſtō ſacr̄m eſt ꝯferendū a ieiu
no epō:vt dicit canon de con
ſecra.diſt.v.vt epiſcopi.Hoc
autē eſt ꝓpter venerabilitatē
huius ſacramenti:qꝛ venera
bili⁹ eſt vt a ieiuno ꝯferatur.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

In neceſſitate tñ cōfert' poſt prandiū: preſertim qñ eſt multitudo cōfirmandoꝝ: q̄ ante prādiū cōmode expediri nō poteſt. Uel qñ aliq̄ veniunt de longinquo nō volētes expectare in craſtinū. Uel quā do ep̄us nō poteſt expectare in craſtinū. Uñ melius eſt vt tunc ꝯfirment̄ ꝙ̄ ſi ep̄o recedente ſic dimitterent̄. Secundo ꝙ iſtō ſacr̄m ſit a ieiunis hominibus ſumendū propter reuerentiā ꝛ honeſtatē hui⁹ ſacramēti: vt dꝛ i ca. vt ieiuni de conſe. diſt. v. Tamen vt dictum eſt in neceſſitate etiam poſt prandiū poteſt ſuſcipi. Tertio ꝙ in ſuſceptione hui⁹ ſacramenti debet alter cōfirmatus tenere ꝯfirmandū: eo ꝙ ille q̄ accedit ad illud ſacramentū nō habet robur per ſe ſtandi. nec p̄ſumit ꝑ ſe ſtare: niſi adiutus ab alio. Licet autem de ratione hui⁹ ſacramēti ꝯfirmatus debeat eſſe q̄ illum debet tenere: tñ ſi nō eſt confirmatus ꝓpter hoc nō ē minutū hoc ſacramētum. licet grauit' peccet. de ꝯſe. diſt. v. nouiſſime. Quarto req̄rit̄ ꝙ locus vnctionis liget̄ panno quouſq; ſiccet̄. Et poſtmodum etiā ſm̄ Hugonē debet homo eſſe ſub quadā diſciplina in cuſtodiendo chriſma. ſ. ne caput lauet vſq; ad ſepte dies ꝓpter ſeptē dona ſpiritusſcti q̄ tūc recipit. Hoc tamen hodie nō bñ ſuat̄. Bonum tamen eſſet ſuare ꝓpt̄ reuerētiā ſacramēti ꝛ ſignificationē predictā. Cōſuetudo autē noſtra eſt ꝙ ligatura illa portet̄ vſq; ad tertiū diem ꝛ tūc tertia die cōburet̄ pāniculus. ꝛ locus frōtis bene cū ſale ꝛ aq̄ lauetur. ꝛ aqua i focum vel in fornacē fundat̄.

## Cautele hui⁹ ſacm̄ēti.

Primo caueat ſacdos ne aliquē pri⁹ ꝯfirmatū ꝯfirmet: qꝛ hoc ſacramentum eſt irreiterabile cū imprimet characterē indelebilē ſicut et baptiſmus. Et etiā qꝛ magnā iniuriā faceret ſacr̄o qui iſtō reiteraret: cū per hoc prima cōfirmatio iudicaret̄ nihil eē. Scd̄o caueat cōfirmand⁹ ne bis ꝓcurare ſcienter ſe faciat. Nā talis ꝑ penitentia debet ingredi monaſteriū. ꝛ ibi ſub habitu regulari deo famulari: vt dꝛ de ꝯſe. diſt. v. dictum eſt nobis. Tertio caueat ne vxor teneat in ꝯfirmatiōe virum vel maritū ſuū: vel econuerſo ꝓpter cōtrahendā cognationē ſpiritualē q̄ impedit matrimoniū ꝯhendum. et

ꝯiũgalem actũ. Nã tales de-
bent abſtinere ab inuicē vſqꝫ
ad mortē ipſoꝝ. ⁊ ſic ſepara-
ri debent a thoro licet nõ ab
ſoluantur a vinculo matrimo
nij. vſqꝫ ad mortē. Siĺr ca
ueat ne qs filium ꝓpriũ tene
at: qꝛ etiam ꝯhitur cognatio
ſpiritualis inter cõiuges: nõ
tñ matrimoniũ dirimēs. ſed
tñ grauiter puniunť cõiuges
Siĺiter caueat ne ſoror fra
trem vel ecõuerſo teneat: qꝛ
ſufficit inter tales vinculũ co
gnationis carnalis. Si tñ fie-
ret nihil impedit. ſed tñ hone
ſtius eſt abſtinere. Nã turpe
eſt audire ſi frater vocaret ſo
rorē in hoc caſu cõmatrē. vel
econuerſo. Alij tñ cognati vt
patrueles fratrueles auũcu
li patrini ⁊c. bene poſſunt te-
nere cõfirmãdos nepotes et
alios. Quarto cauèat cõfir
mandus vt nõ accedat iſtud
ſacrm̃ niſi cõfeſſus ſi eſt con-
ſcius alicuiꝰ mortalis pctī ne
ponat obicē gratie quã ſuſce
pturus eſt in hoc ſacramēto.
Quãtũ tamē eſt ex vi ſacra-
menti ſuſcipit ipſum ſacramē
tum: nõ tamen eſſe ſacramēti
ſcꝫ gratiã.

## De ſacro euchariſtie.

a Ccipite et
comedite. Math
xxvj. ⁊ de ꝯſe. di. ij. panis. Qꝛ
ſuſcitati a pctis p baptiſmũ ⁊
confirmati in grã per ꝯfirma
tionē ne laborãtes in via pre
ſentis vite in certamine ſpũa
li deficiant. Opus eñ habēt
refici cibo ſpirituali alioquin
ſaluatore teſtante. Si dimiſſi
ieiuni fuerint deficient in via
Math. xv. Ideo poſt duo ſa
cramēta ſeqtur tertiũ. ſ. vene
rabilis euchariſtia. qđ eſt ci-
bus aĩarum noſtrarũ iuxta il
lud Joh. vj. Niſi mãducaue-
ritis carnē ⁊c. Ne igiť omit-
tať ſed freqntiꝰ ſumať a fide-
libꝰ hortať ſaluator in ṽbis
ꝑmiſſis dicens. Accipite ⁊ co
medite. Et rectꝰ ordo eſt vt
poſt baptiſmũ ⁊ poſt ꝯfirma-
tionē ſumať hoc venerabile
ſacrm̃ ab adultis. Legimus
ſiqdē ꝙ ſubmerſis egyptijs ĩ
mari rubro: trãſitoqꝫ mari ꝑ-
dicto filij iſrľ nouũ paſcha in
azimo pane fecerť ĩ deſerto. ſic
nos ſubmerſis demonibꝰ in
baptiſmo cũ pctis noſtris in
deſerto huiꝰ mũdi paſcha no
uũ ĩ azimis ſinceritatis ⁊ ve-
ritatis huiꝰ ſanctiſſimi panis
facere debemus. Circa ṽo
hoc ſacramētũ excellētiſſimũ
tria ſunt ꝯſideranda. Primo
quidē ſubſtãtia ipſius. Scđo
credēda ipiꝰ. Tertio cautele
De primo ſciēdũ ē circa hoc

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſacramētū ꝙ q̄ttuoꝛ ſunt de ſubſtātia ſui neceſſaria. Primū ē oꝛdo ſacerdotalis. Nullus eñ poteſt hoc ſacramentū ꝯficere niſi ſacerdos. vnd̄ nec laic⁹ nec angel⁹ bon⁹ p̄t hoc ꝯficere: q2 non habet q̄s poteſtatē ſup actū ꝯſecrationis hui⁹ ſacramēti niſi oꝛdinatus in ſacerdotē. nō ei meritis ſanctitatꝭ: ſed auctoꝛitate officij ⁊ miniſterij ſacerdotalis hoc ſacr̄m ꝯficit. iuxta illud. Nō in meritis ꝯſecrātis ſed in v̄bis cōficit ſacerdos. Ex quo ptꝫ erroꝛ illoꝝ q̄ dicunt ꝙ ſi laicus ꝓferret v̄ba canonis ſup panē triticeū cōficeret ſacr̄m: qđ omnino eſt falſuꝫ. Nec debet quē mouere illa hyſtoꝛia q̄ refert de q̄buſdā paſtoꝛibus laicis q̄ addiſcentes v̄ba canonis ⁊ cōſecrationis in ecc̄lia a ſacerdote tp̄e ꝯſecrationis ꝓlata: ip̄i etiā venientes ad greges ſuos ſup pane ꝓtulerunt eadem v̄ba: ⁊ ſtatim apparuit puer pulcherrim⁹ Jbi eñ nō fuit caro xp̄i ſicut eſt in h̄ ſacramēto a ſacerdote ꝯfecto. ſed ibi fuit miraculoſe ex permiſſione diuina q̄dā figura ⁊ ſpecies carnis diuinit⁹ foꝛmata. nec ille puer erat ver⁹ xp̄s de⁹ ⁊ hō habens aiam ſicut ē in ſacramēto iſto p ſacerdotem cōfecto vbi realit̄ ē xp̄s. cum diuinitate ⁊ humanitate ⁊ aīa ſua ſicut nūc eſt in celo. Nec etiā illa caro illi⁹ pueri adoꝛāda fuit ſicut xp̄s. nec ſumēda ꝓ coꝛpoꝛe xp̄i: ſed ꝓ quodā miraculoſo coꝛpoꝛe ⁊ ope diuino veneranda ſicut alia miracula diuina. Sicut etiā dicim⁹ de ſanguine illo q̄ dr̄ exiuiſſe de imagine lignea paſſionis xp̄i quā cuꝫ q̄dam iudei in celario cōfodiſſent i ꝯtumeliā xp̄i ſubito emanauit q̄dam humoꝛ ſanguineus in maxima q̄ntitate. quo viſo iudei illi fuerūt cōuerſi. Jlle eñ humoꝛ non fuit ſanguis xp̄i ver⁹ ſicut eſt in hoc ſacramēto. nec dign⁹ tali adoꝛatione ſicut q̄ eſt in calice. ſ mō ſuo venerand⁹ tanq̄ miraculoſum op⁹ dei. Et de tali humoꝛe ſanguineo collecto i loco p̄dicti celarij fuit p diuerſas partes mūdi diſtributuꝫ. Ex quo ꝓuenerat erroꝛ fidelium q̄ putantes verū xp̄i ſāguinē eſſe adoꝛabāt eū adoratione latrie. ⁊ ſic ydolatrabant. imo dato ꝙ fuiſſet ver⁹ ſanguis xp̄i ſub cruce xp̄i collect⁹. adhuc min⁹ eſſet adoꝛādus q̄ iſte qui eſt in calice p ſacerdotē cōſecrat⁹. Nō huius eſt q2 ille diuiſus ē a diuinitate q̄cito defluxit ad ter-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ram de xp̄o.nō potuit dici fi=
lius dei amplius niſi xp̄o reu
nitus ⁊ reintegratus.Iſte au
tē qui eſt in calice cōiunct⁹ ē
diuinitati q̄ꝛ de ip̄o ſanguine
verū eſt dicere.Hic eſt ver⁹ fi
lius dei.Cū ibi rōe cōcomitā
tie ſit etiā xp̄a caro xp̄i ⁊ anīa
eius et diuinitas.Archid.de
conſe.diſt.ij.qui mādūcāt.te
net ꝙ non remāſit aliq̄s ſan=
guis ſub cruce dn̄i:nec etiam
de carne pꝛepucij.ſicut rome
monſtrat̄ ⁊ in hildesheym.ſꝫ
erronee:q̄ꝛ tūc habuiſſet duo
p̄pucia:quod tamen eſt falſū
⁊ nō tenēdū Magne itaq̄ꝫ di
gnitatis ſunt ſacerdotes q̄ h̄
pn̄t q̄d null⁹ citra deū facere
pōt.Sed ꝓhdolor dignita=
tē ſuā minime attēdūt nulli⁹
pene reputantes eſtimatōis
Scd̄m q̄d eſt de ſubſtantia
hui⁹ ſacramenti eſt materia
debita.ſcꝫ panis triticeus.Et
h̄ ideo:q̄ꝛ dn̄s ſe grano triti=
ci cōparauit.Ioh.xij.Cū eti
am q̄ꝛ xp̄s credit̄ ſic ꝯſecraſſe
Vinū vitis eſt materia debi=
ta ⁊ neceſſaria:q̄ꝛ xp̄us ſe vi=
ti ꝯpauit.Ioh.xv.Iſta autē
duo.ſ.panis ⁊ vinuꝫ ita ſunt
cōiūcta in ꝯſecratiōe vt neq̄ꝫ
q̄ꝫ vnū ſine alio debet ꝯſecra=
ri aut a celebrāte ſuſcipi.Iu=
xta illud Gelaſij.Sacerdos
corpus xp̄i ſine eius ſanguie
nunq̄ꝫ debꝫ ſuſcipere.aut em̄
integre ſumat.aut ab integri
abſtineat.q̄ꝛ vni⁹ eiuſdemq̄ꝫ
myſterij diuiſio ſine grādi ſa=
crilegio nō pōt peruenire.de
ꝯſe.di.ij.Comperimus.Nō
putet tn̄ q̄s ex h̄ ꝙ ſacerdos
q̄tuꝫ eſt de rōne ſacramenti
nō poſſꝫ ꝯſecrare hoſtiā ꝑ ſe
ſine calicis ꝯſecratiōe:q̄ꝛ for=
ma cōſecratiōis panis ⁊ cali
cis nō ſe expectant:q̄ꝛ altera
ſine altera totū effectū opera
tur q̄cito ꝓfert̄.Sed tn̄ dico
ꝙ hoc ſacerdos nō p̄t facere
ſine graui peccato Addenda
eſt etiā vino modica aqua q̄
ſignificat coniūctionē popu=
li ad xp̄m in hoc ſacramento.
Et licet ſine aqua in ſolo vi=
no poteſt confici.nō tamen ſi
ne graui peccato.Econuerſo
xp̄o ſine vino i ſola aqua nihil
conficit̄.⁊ h̄ tunc grauius eſt
peccatuꝫ q̄ꝫ p̄mū ꝓter ydola
triā quā cōmittit ppl̄s tp̄e ce
lebꝛatōis ⁊ eleuatōis.quoꝝ
omniū ē reus celebrās.Ter=
ciū q̄d eſt de ſubſtātia hu⁹ſa
cramēti eſt debita forma ver
boꝝ que eſt hec ſuper hoſtiā
Hoc eſt em̄ coꝛp⁹ meum.Et
ſup ſanguinē.ſ.Hic eſt em̄ ca=
lix ſanguis mei noui ⁊ eterni
teſtamenti.myſterium fidei
q̄ ꝓ vobis ⁊ ꝓ multis effun/
det̄ in remiſſionē peccatoꝝ



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Circa quod ſciēdū eſt ꝙ lꝫ il-
la coniunctio enī poſita ī am
babꝰ formis nō ſit de ſubſtan
tia forme ſimplicit̄ neceſſaria
debet tñ apponi ſꝫm vſum ec
cleſie qui vſus a beato petro
initiū ſumpſit: ⁊ grauiter pec
cant omittētes eā. Qđ autē
ꝑmittit̄. accipite ⁊ mādu cate
ex hoc oēs. pertinet ad vſum
ſacramenti ⁊ non eſt de ſub-
ſtantia forme. Sꝫ ſi queritur
quomodo iſta locutio eſt ve-
ra cum ſacerdos dicit. Hoc ē
enī corpus meum. Hoc enim
videtur falſum ſi ex perſona
ſacerdotis illa verba dicant̄
cum ſacerdos nō intēdat cō-
ficere ibi ſuum proprium cor
pus ſed xp̄i. Ad hoc reſpōde
tur breuiter ꝙ iſta v̄ba ſacer-
dos nō ꝓfert ex ꝑſona ſua ſꝫ
xp̄i. Demonſtrat aūt illđ ꝓno
men hoc verum corpus xp̄i ī
ordine ad totam compoſitio
nem huius forme. Hoc eſt enī
corpus meum. Non ꝙ ꝓlato
iſto ſolum ꝓnomine hoc ſta-
tim ſit corpus chriſti: ſed pro
lata tota forma a chriſto inſti
tuta: qꝛ in vltima ꝓlatōe iſto
rum verboꝝ fit trāſſubſtātia
tio ad quā ordinant̄ ꝑcedē-
tia. Et pro iſto vlterius ſcien
dū ē ꝙ ſꝫm beatū Tho. ſuper
iiij. diſtin. viij. q. v. ar. ij. For-
ma huius ſacramēti differt a
formis alioꝝ ſacramētorū in
duobꝰ. Primo qꝛ forma alio
rū iportat vſum materie. for
ma aūt iſtiꝰ iportat conſecra
tionē tm̄: q̄ cōſiſtit in trāſſub-
ſtantiatiōe materie. Vñ mi-
ſter vł ſacerdos in ꝯficiēdo h̄
ſacramētū nō habꝫ aliū actū
niſi ꝓlatōem v̄boꝝ ex ꝑſona
chriſti. Secundo quia aliorū
ſacramētoꝝ forme ex ꝑſona
miniſtri ꝓferunt̄. forma autē
iſtius ſacr̄i a miniſtro in ꝑſo-
na ꝓfertur chriſti. Ad intelli-
gendū aūt quodlibet verbuꝫ
poſitum in hac forma eſt ſciē
duꝫ ꝙ hec forma ē ſufficiētiſ-
ſima. Prio q̄ꝫtū ad oꝑatiuam
potētiā: qꝛ cuꝫ factio habeat
ſuā cōpletōeꝫ. iđ cōuenieter
ponit̄ iſtđ ꝓnomē h̄ đmoſtrāſ
panē qui ē trāſſubſtantiatus
in panem chriſti: ⁊ ē idem cū
corpore chriſti. Scđo eſt ſuffi
ciēs q̄ꝫtū ad modū operandi
qꝛ hic terminꝰ ad quem eſt ſi
ne oīni immutatōe ex ꝑte ſui
Jdeo bñ ponit̄ ly eſt deſig̃ns
ꝑmanentiā: ⁊ nō ponit̄ v̄buꝫ
fiendi. ſ. erit deſignās mutati
onem. Tertio ē ſufficiens ex
ꝑte oꝑis: qꝛ hic corpus xp̄i ve
rū deſignat corpus xp̄i myſti
cum qđ habet diuerſas ꝑtes
⁊ forte diuerſaꝝ rōnū ꝓpter
differentē gr̄am gratis dataꝫ
Jdeo meliꝰ dicit̄ corpꝰ q̄ꝫ ca-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ro. Quarto ē ſufficiēs ex par te opant̄. Vñ q2 corp⁹ xpi nō tm̄ ſignat corp⁹ xpi verū: ſed etiā ſignificat corp⁹ xpi myſticū: ⁊ cū h̄ nō poſſit facere ſm ſe ꝑ inq̄tū ē vnū vel vnitū cū diuinitate. iō ꝯgrue ponit̄ ibi ly meū. Quito eſt ſufficiēſ ex pte effect⁹ pncipij. vñ q2 iſte effectus. ſ. corp⁹ xpi ē tāte nobilitatis ꝙ nō fit in ſacramento niſi a deo imediate: nec miſter h3 aliquē actū ſpecialē in iſto ſacramēto ſicut i alijs. iō cōuenieter factū ē ꝙ iſta forma nō ꝓfert̄ in pſona alicui⁹ ſed dei abſolute. ſicut vox hominis p turbā. ita dei per homines. Quartū qđ eſt de ſubſtantia hui⁹ ſacramenti eſt intentio cōſecrantis. ſ. vt in ſpeciali vl' i generali h̄ facere velit qđ facit eccl'ia. vel qđ fecit chriſtus ⁊ ſtatuit faciendum. Licet tamē intentio ſemp eſt neceſſaria. de ſubſtantia non tamen attentio Vnđ ſi mens rapitur ad alia ex infirmitate vel negligētia vel incuria nō ideo eſt minus cōſecratu3 ꝙ ſi affuiſſet attētio. Peccat tamen ille qui conſecrat ⁊ non intelligit: ⁊ ſe non recolligit quāto attētius poteſt ad conſecrationē. Nā debet attent⁹ eſſe ad h̄ vt ꝯſideret qđ facit. ⁊ tūc maxime qñ plures hoſtias cōſecrat ꝓ cōmunicātibus. vnde deb3 habere reſpectū ſpecialē ad alias hoſtias omnes que ſunt cora3 eo. al's em̄ ſi haberet generalē intētionē ad oēs hoſtias q̄ ſūt i altari. ſtaret qñq3 ꝙ etiā illas q̄ ſunt i pixide reſidue cōſecraret ſm quoſdā. Mihi aūt nō apparet hoc. q2 ex quo nō intēdit ꝯſecrare alias niſi q̄ ſūt corā ipo de ꝓpinquo cumulate ad vnū locū quātūcūq3 generaliter intēdat ſup eas nō conſecrabit niſi illas. Similit̄ dico ꝙ ſi hoſtia aliqua iaceret ſub palla nō cōſecrata. abſconſa in tp̄e cōſecratiōis forte p obliuionē clerici dimiſſa ex quo ſacerdos de ea nō itēdit nō eſt conſecrata. Secus dico ſi hab3 intētionē ad oēs que ſunt ante eū. tunc ⁊ illam hoſtiā abſconſam cōſecrabit Tamen dicit Johānes caldinenſis in ſupplicatōnib⁹ ſuis de officio ordinarij. Si ſacerdos. ꝙ ſi ſacerdos credēs ponere. xvj. hoſtias ponit. x. ſi i intētione ſua eſt tantū conſecrare quātū hab3 ante ſe oēs ſunt cōſecrate. Et ideo dicendū eſt ꝙ ſufficit ſacerdoti habere itētionē determinatā faciendi vt facit eccleſia ſup totam materiā preordinatam ſine ſpecificatiōe nūeri ſm ma

giſtrū Franciſcū de braga in
q̄daȝ q̄ſtione diſputata. Idē
dico de vino ꝯfuſo ſup altari
per negligentiā ꝯfuſionis tē
pore in calicē3.q2 illud nō cō
ſecratur dum ſacerdos nō in
tendat ſup illud. Et ideo di=
xi ꝙ maxime req̄ritur inten=
tio ſup illa que ſunt corā ſa=
cerdote poſita in tali loco tm̄
et nō in alio. Ex illo ſoluitur
dubiū. an ſciſmatic9 vel here
ticus ꝯficiat hoc ſacramētuȝ.
Patet em̄ ꝙ ſic cum talis pt
habere intentionē eccl'ie i cō
ficiendo. ⁊ hoc maxime vni=
uerſalē.ſcȝ intēdendo facere
qđ xp̄s fecit ⁊ inſtituit facien
dum: ⁊ qđ eccleſia facit licet
etiam nō intendat in ſpecia=
li:q2 ex quo eſt in hereſi vel i
ſciſmate ipſe certus eſt ⁊ cre
dit nil valere vel facere ꝓpt
pctm̄ i quo eſt:nec obſtat ca/
pitulū ſciſma.xxiiij.q.j.vbi di
citur ꝙ ſciſmaticus execrare
poteſt.non autē conſecrare.
quod intelligit q̄tum ad effi
caciā ſacramenti: q2 nō opat
effectum ſalutis in illo ſic cō=
ſecrante illā vel cōficiente ꝓ=
pter ſciſma vel hereſim.ſȝ ta=
mē eſt verꝫ corp9 xp̄i. Siľr eti
am illđ intelligit. ſ. vbi dicit.
Nō ē corp9 xp̄i qđ ſciſmatic9
cōficit. i.ꝙ nō eſt verum cor
pus xp̄i q̄tū ad ꝯficiētē i ſciſ=
mate vel hereſi.q2 ſibi nō ꝓfi
cit ſed officit.i.nocet. Nihilo
minus tm̄ q̄tū eſt ad vitatē ſa
cramenti eſt verū corp9 xp̄i.
Siľr in.c.audiuim9. vbi dr ꝙ
ſciſmatic9 execrare pōt. non
autē ꝯſecrare intelligit vt di=
ctum eſt. Vn̄ pȝ illos idiſcre
te facere qui ſacrm̄ p grecos
aut rutenos ꝯſecrū in forma
eccl'ie blaſphemāt ⁊ derident
cum ibi ſit verū corp9 xp̄i. Cō
ſultius tm̄ iſti facerent vt illuc
nō intrarent nec inſpicerent
i ipoꝝ eccl'ias q̄ vt veniētes
illuc derideant. Cōcludendo
ergo dico ꝙ ad hoc ſacramē=
tum ꝯficiendū ſufficit triplex
ꝯditio ex parte conficientis.
Primo ꝙ ſit ſacerdos rite or
dinatus. Scđo ꝙ poſſit vba
ꝓferre cōſecrationis. Tertio
ꝙ poſſit habere debitam itē=
tionē faciendi qđ facit eccl'ia
Propter defectū p̄me cōditi
onis nullus laic9 q̄tuncunqȝ
ſctūs nec ſacerdos gētilis vt
tartaroꝝ ꝯficiunt: q2 nō ſunt
rite in forma eccl'ie ordinati.
Propter defectū ſcđe condi=
tionis mutus nō pōt ꝯficere:
q2 nō pōt vba ꝯſecratiōis ꝓ
ferre. Propter defectū tertie
cōditionis carēs vſu ratiōis
⁊ ebrioſus nondū digeſt9 nō
poſſunt cōficere cū nō habe=
ant intentionem debitā. Sȝ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

prima ꝯditio ē ꝓpa q̃ꝛ ſol⁹ ſacerdos ⁊ q̃libꝫ pōt cui poſſūt cōpetere iſte cōditōes. ſ.ꝓlatio ⁊ intētio. Nec obſtat ſi inſtatur de degradato ꝙ nō ſit ſacerdos. quod tamen nō eſt verū quia caracterē ſacerdotalē ſibi ſemel ī ordinibus ſuſceptis collatū nullus poteſt delere. Quāuis taliter ꝺgradatus ꝑdat priuilegiuꝫ clericale. ⁊ tradiṫ curie ſeculari tamen ſi celebraret cōficeret q̃ꝛ auctoritas ſubſtātifica nō eſt ſibi ablata q̄ꝝtum ad veritatē ſacramenti: ſed tm̄ q̄ꝝtū ad executōeꝫ legitimā qua caret q̄ ad ſe ⁊ ad alios ⁊ quo ad totam eccleſiam. Quando aūt diciṫ ꝙ ſciſmatic⁹. excōmunicatus: heretic⁹ ⁊ degradatus nō conficiāt. intelligendū eſt ꝙ nō conficiunt rite ⁊ ordinate nec legitime q̄ꝝtum ad efficaciam ſacramenti. vt ſcilicet ſit vtilis illa cōfectio ad ſalutem eis: ſed tm̄ cōficiunt q̄ꝝtuꝫ ad veritatē ſacramēti. Et hoc catholice ſentiēdū eſt de iſto ſacro omiſſis opinionib⁹ multoꝝ. Et ſi quis ꝯtra predicta obijciat magiſtrū ſententiaꝝ libro. iiij. diſtin. viij. vbi dicit tales nō poſſe ꝯficere. Salua pace magiſtri dico ꝙ in h̄ nō teneṫ. tamen ꝓpter ſui reuerentiā vt eius dictū poti⁹ valeat ꝙ pereat intelligendū ē ꝙ tales nō poſſunt conficere de iure ⁊ ſine ꝑctō ſeu ordinate: ſed de facto bene poſſunt. Nec moueat aliquē rō magiſtri ibi poſita ꝑ quā dicit ideo non poſſe predictos ꝯficere: q̃ꝛ nemo in iſta ꝯſecratiōe dicit. Offero: ſed offerim⁹ hoc ſacrificiū. Nemo igiṫ niſi fuerit mēbrum eccl̄ie poteſt dicere cum alijs offerimus quaſi eſſet vna de ꝑſonis eccleſie. Unde cū heretici ⁊ ſciſmatici nō ſint membra eccleſie nō poſſunt dicere offerim⁹. ergo nec ꝯficere. Ad qḋ dicim⁹ ꝙ oblatio nō pertinet ad rationem ꝯſecrationis. vnde non neceſſario req̄ritur vt offeratur. Ita ſoluit doctor ſubtilis ſup. iiij. diſt. viij. q. ij. ⁊ Thomas eadē diſtin. q. j. arg. j. iij. et. iiij.

## De credendis circa hoc ſacramentum.

Ante omnia credēdū eſt ꝙ in h̄ ſacramēto idē xp̄s qui de ꝟgine natus eſt et pro nobis paſſus eſt continetur. Et ſicut ibi verus eſt chriſtus ita etiam eſt ibi ſub vna quātitate ſed non quantificatiue hoc eſt tantū dicere ꝙ nō vtitur illa quantitate occupādo



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

locū. Sic etiam non vtitˀ clari tate ſua illuminando aerem. Scḋo credendū eſt ꝙ corpus xp̄i poteſt eſſe in plurib9 locis q̄ntūcūqꝫ plures panes trāſſubſtantianť in ip̄m. Vn̄ in celo eſt localiter. in verbo diuino perſonaliter. in altari ſacramētaliter. Scḋm naturale eius eſſe eſt in celo i vno tm̄ loco. ſm eſſe ſacramentale eius poteſt eſſe in diuerſis locis. Eſt ergo hic ſm ꝙ multa in ip̄ꝫ trāſmutari poſſunt. Sed ſm eſſe perſonale nō ē in loco. Unde dicit Petr9 de tharantaſia: ſm ꝙ vnum ē et indiuiduū in ſe nō poteſt eſſe niſi i vno loco: ſicut nec angelus nec aliud corp9: ꝟ ſm ꝙ i ipſum multa trāſmutari poſſunt indiuidua. ſic poteſt eſſe in diuerſis locis. di. x. q. iij. ar ij. ſup. iiij. ſententiarū. Tertio credendū eſt ſm Thomā ꝙ cū corp9 xp̄i apparet i ſpecie carnis vel pueri. vtrū ibi appareat verū corp9 chriſti: vel an ille ſpecies ſint ꝑprie corporis xp̄i: nō omnino deťminatū eſt a doctoribus. Tamen ſecure dicıť ꝙ ille dimēſiones panis manēt. et in eis alia accidentia ſenſibilia ſupducuntur diuina v̄tute q̄ ſpeciem carnis p̄tendāt: ſicut accidentia que prius erāt pretendebāt ſpeciē panis. Quā do tn̄ appareret ſb forma carnis vel pueri nō debet ſumi: ꝟ pro reliquijs ſuari. Quarto credendū eſt ꝙ illa accidētia manent ſine ſubiecto poſt conſecrationē virtute diuina retinent tn̄ ibi modum agendi vel patiendi i corpore xp̄i quē prius habuerūt. Quinto credendū eſt ꝙ facta cōſecratione vlteri9 nō manet in hoſtia ꝯſecrata ſubſtantia panis. nec in vino ſubſtantia vini: ꝟ ſtatim corp9 xp̄i fit in hoſtia ⁊ ſanguis xp̄i i calice. Et ratio ſm beatū thomā eſt q̄a oppoſitū huius dicere repugnat v̄bis xp̄i. Non eīm eſſet veruꝫ dicere. Hoc eſt eīm corpus meū. ꝟ hic eſt corp9 meū Item ſi remaneret ſubſtātia panis tolleretˀ reuerētia xp̄o debita vt cōtinetur in hoſtia Nā xp̄o vt continetˀ in hoſtia debetˀ cult9 latrie. ꝟ ſi ibi maneret ſubſtantia panis nō deberet talis cultus latrie exhiberi propter ydolatriā adorando creaturā. Et licet multi doctores huic cōtradicant ſententie: iam tamē ꝓ catholica concluſa eſt ſub Alexandro quarto papa ⁊ martino quinto. Sexto credenduꝫ eſt ꝙ fractio que fit in hoſtia nō fit in corpore xp̄i. ſed tantum in ſpecieb9 hoſtie. Vnḋ ibi accidentia manentia ſine

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſubiecto dicūt frāgi ſm Pe. diſt.xij.ar. pricipali.q.j. quia aľs fractio eſt quedā diuiſio. diuiſio vero eſt paſſio q̄ti vt q̄tum. In ſacramento vero aliquid eſt q̄tum per moduz quāti vt ſpecies. aliquid ē q̄tum ſed non p modū quanti. vt corpus xpi. Ideo dicēduz eſt q̄ fractio vel diuiſio fit in ſpecieb⁹ ⁊ nō in corpore xpi.

Septimo credēdum eſt q̄ corpus xpi in hoc ſacramēto proprie nō videtur: nec ſanguis corporalis. Ratio Gre. quia tunc ibi non eſſet aliud viſum ⁊ aliud creditū. Item alia ratio naturalis: q̄z nullū corpus videri poteſt niſi habeat accidentia ineſſentia. vť niſi ſit coloratū formaliter. vt patet de pariete. ſ; color alb⁹ non eſt in hoſtia formaliter. ḡ non poteſt videri ꝓpe. Nec tamen errant layci qui dicūt ſe videre corpus xpi. ſicut illi non errauerunt qui dicebant ſe videre angelos in aſſumpto corpore quos tn̄ non viderunt inq̄tum fuerunt ſpirit⁹. Et ſimile eſt de hoīe armato quē dicis te videre. cuz tamē nec faciē nec membruz aliqđ nudū ei⁹ videas. imo vt dicit Uarro di.x.q.ix. Nulla creatura naturali cognitione nec angel⁹ poteſt cognoſcere ibi eſſe corp⁹ xpi. licet tn̄ viſione glorioſa et itellectuali pōt cognoſci. ocul⁹ tn̄ glorificatus illud videre nō pōt corporaliter ſm Tho. Uñ glificati vident corpus xpi in ſacramento viſione intellectuali ⁊ non corporali.

Octauo credendum eſt q̄ in hoſtia ſunt q̄tuor. ⁊ quattuor v̄aciter i calice credenda cōtinenť. Primo eñ in hoſtia v̄tute verborum ē corp⁹ xpi. Ratio quia illud veraciter cōtineť in hoſtia de quo v̄ba faciunt mentionem. ſ; hoc ſolū eſt de corpore chriſti. quia ibi dicitur. Hoc eſt eñ corpus meū. vbi nihil dicit̄ de aīa nec de deitate nec de ſanguine. Scđo ibi eſt ſanguis xpi nō principaliter. ſ; ex concomitantia quadam neceſſaria. q̄z corpus verum ⁊ viuū nō eſt ſine ſanguine. vnde dicitur aīa eſſe i ſanguine. Tertio ibi eſt aīa xpi ex concomitantia mediata. quia impoſſibile eſt animam informare ⁊ pficere corp⁹ niſi corpus ſit diſpoſituz. ſ; ſine ſanguine nō eſt ibi corp⁹ bene diſpoſitū nec etiam organizatum. Ibi ex cōſequenti etiam eſt anima. cū ibi ſit corpus diſpoſitum per ſanguinem. ⁊ hoc eſt dicere mediāte ſanguine. Quarto eſt ibi



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

deitas ex quadā cōcomitan=
tia remota. qꝛ corp⁹ ⁊ deitas
ſunt diſparia. tñ ex quo xp̄us
nat⁹ fuit ex maria v̄gine ver⁹
homo ⁊ de⁹ ideo etiā hic eſt
verus homo ⁊ deus. Silr̄ dꝛ
de calice ꝙ ibi p̄mo ē ſanguiſ
qꝛ de illo verba faciunt men=
tionem. Secundo ex conco=
mitantia imediata ibi eſt cor
pus chriſti. Tercio ex conco=
mitantia mediata ibi eſt ani=
ma chriſti. Quarto ex conco
mitātia quadā remota ibi eſt
deitas. Nono credendū ē
ꝙ in hoc ſacramēto aliquod
eſt ſacramentū ⁊ nō res ſacra
menti. ſicut ſpecies ſenſibilis
panis ⁊ vini. ⁊ ille ſpecies ſūt
creature. Unde adorator vi
dens hoſtiā nō debet ferre in
tentioneꝫ principaliter ad id
quod videt: ſꝫ ad id qđ credit
ibi eſſe ſcꝫ xp̄m. Secundo in=
uenit̄ ibi ſacramentū ⁊ res ſa
cramenti. ⁊ hoc eſt veruꝫ cor
pus xp̄i ⁊ ſanguis eius. Iſta
autem dicuntur ſacramentuꝫ
⁊ res ſacramenti ꝑ reſpectuꝫ
ad miniſtrū vł ſacerdotē ſub
debita forma ꝓficiētē. Unde
dicit̄ ſacramentū q̄ſi ſacre rei
ſignū qꝛ ſignificat ſpiritualeꝫ
refectionē aīe. Et dꝛ res quia
hoc ip̄m facit ꝑ grām qđ cōti=
net. Tertio eſt ibi aliq̄d qđ ē
res ſacramenti ⁊ nō ſacramē
tum. ſicut ē grā data digne ſu
ſcipiēti. ⁊ hec grā ē res ſignifi
cata. nihil tamen ſignificati.
Quartū ibi eſt qđ nec eſt res
ſacramenti nec ſacramentuꝫ
vt ſunt illa oīa que ſunt cō
comitantia hoc ſacramentuꝫ
ſiue ſint accidentia ꝓpria ſiue
cōmunia. Et illa dicuntur po
tius forme accidentales ſiue
ſpecies Decimo credenduꝫ
ꝙ licꝫ ſac̄dos debeat ſub vtra
ꝗ ſpecie ſumere h̄ ſacramen
tum cum celebrat tamen po=
pulo ſufficit ſumere ſub ſpe=
cie panis tm̄. Et ratio eſt. q̄a
ſm̄ Archidyaconū de conſe.
diſt. ij. Comperim⁹. in hoc ſa
cramento nō ſolū attenditur
efficacia: ſed etiā ſignificātia.
Significatur eñ per iſtas du
as ſpecies ſcilicet corporis et
ſanguinis ſeorſum ſumptas
per ſacerdotē tēpore celebra
tionis ꝙ ſanguis xp̄i in cruce
fuit diuiſus a corpore ſuo: vt
dicit Gorra ſuper Matheuꝫ
Cum autem ſacerdos tantuꝫ
et non populus habet huius
facti ſignificationē ex ordine
ſuo exprimere tantū ip̄e ⁊ nō
populus tūc ſub vtraqꝫ ſpe=
cie debꝫ ſumere. eo ꝙ ip̄e tūc
gerit vices chriſti popul⁹ au=
tem non. Et ideo populo nō
eſt opus de ſignificātia ſꝫ de
efficacia. Et quia efficacia eſt

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

equalis ſub vtraq; ſpecie . iõ
pplo tradit ſub altera ſpecie
in qua tradi põt cũ reuerẽtia
⁊ cautela. A pſbiteris aũt tm̃
ſumit ſub vtraq; ſpecie. Et p
iſto ſciendũ ſm Thomã i ter
tia parte. q. lxxxij. ar. vij. ⁊ vl
timo q circa vſum hui⁹ ſacra
menti poſſunt duo conſidera
ri. vnũ ex parte ipi⁹ ſacramẽ
ti. ⁊ aliud ex parte ipoꝝ ſumẽ-
tiũ. Ex pte ipius ſacramenti
ꝯuenit q vtrũq; ſumat. ſ. cor
pus ⁊ ſanguis quia in vtroq;
cõſiſtit pfectio ſacramẽti. ⁊ iõ
quia ad ſacerdotẽ ptinet hoc
ſacramẽtũ conſiderare ⁊ con
ſecrare ⁊ pficere. nullomõ de
bet recipere corpus xp̃i ſine
ſanguĩe. Ex pte aũt ſumẽtiũ
reqrit ſũma reuerẽtia ⁊ cau-
tela. ne aliqd accidat qd ver-
gat in iniuriã tãti myſterij qd
pcipue poſſ; accidere i ſãgui
nis ſumptõe. q̃ qdem ſi icau-
te ſumeret d facili poſſet effũ
di. Et q2 creſcẽte multitudie
populi xp̃iani in qua cõtinẽ
tur ſenes ⁊ iuuenes. q̃ꝝ qdã;
nõ ſunt tãte diſcretõis vt cau
telã debitã circa vſũ hui⁹ ſa-
cramẽti adhiberent. iõ puide
ordinatũ ẽ vt pplo ſub altera
tm̃ ſpecie det. Hoc idem tenet
tho. ſup illd Joh. vj. Niſi mã
ducaueritis dicẽs. Nõ eſt de
neceſſitate ſalutis pceptio ſan
guinis ſicut corporis xp̃i. cum
xp̃us totus ſub altera ſpecie
tm̃ ſumit. In h ipſum ſeqtur
lyra ibidẽ dicens. Nõ eſt in-
telligendum q ſub vtraq; ſpe
cie ſit fidelibus exhibendũ. ſ;
tantũ ſacerdotib⁹ ſumendum

De cautelis ſeruandis cir
ca hoc ſacramentum ex par-
te ſumentium.

Et quia du
plex ſtat⁹ vtit hoc
ſacramento ad ſa
lutẽ. ſ. ſeclaris ⁊ ſpũalis. iõ qli
bet h; ſuas cautelas. Unas
igit oẽs tã ſpãlis cuilibet eo-
rũ q̃ cõis vtriſq; ſimul. Et p-
mo cauẽdũ eſt oib⁹ ne i pctõ
mortali ſumãt h ſacrm. Nam
ſic peccaret grauit. Juxta il-
lud. j. ad Chor. xj. Qui autẽ
mãducat indigne iudiciũ ſibi
mãducat ⁊c. Sunt aũt qdam
q ſufficiẽter ſe ppant ſm veri
tatẽ. ſ. q expellũt dyabolũ de
corde ſuo pverã examinatõꝫ
cõſcientie ⁊ p cõtritionẽ ſiue
iudiciũ penitẽtie. ⁊ hi conſe-
quunt gratiã; ⁊ manducant
digne. Alij ſunt qui pparant
ſe ſufficiẽter. nõ tamẽ ſm ve
ritatem ſed ſm pbabilitatem.
ita q eſtimãt ſe carere pecca-
to. q tñ ſi facerẽt maiorẽ pſcie
inqſitõꝫ iuenirẽt ſe reos: l; tñ
ſunt pati q2 ſi ſcirent pctm̃ in

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſe vellent ↄfiteri: nõ tñ appo-
nũt ad hoc oĩmodã diligenti
am. Et hi ꝗuis gratiã non ꝑ-
cipiant. non tamen incurrũt
offenſam: qꝛ nec ſumũt digne
nec idigne ꝗuis ſint indigni.
Tertij ſunt q̃ neutro mõ ſe ꝑ
parant. imo ↄtẽpnũt. ⁊ hi pec
cãt mortaliť ⁊ ſumũt idigne.
Unde indigne accedũt tripli
ces hoĩes. Primi q̃ cũ ↄſcien
tia mortalis pcti ⁊ ſine ꝓpoſi
to penitẽdi accedunt. Scđi q̃
aliť q̃ȝ eccĩa ſtatuit accedũt.
vel extra eccĩam: vt ſciſmati
ci vł heretici. Tercij q̃ ſine re
uerẽtia accedunt ſicut faciũt
multi q̃ ꝑmunt ſe ad altare: ⁊
vnus in aliũ q̃nq̃ ꝓuocatur.
Uel vt q̃dã ſacdotes ꝑparã-
tes ſe ad celebrandũ diſtracti
accedũt ⁊ feſtinãt. ita ꝙ q̃nq̃
obliuiſcũtur q̃d faciũt. Et licȝ
q̃s nõ poſſit habere certitudi
neȝ an ſit imunis a pctĩs. põt
tñ h̃ ꝑpẽdere ꝑ q̃ttuor ſigna.
Primũ eſt. cum q̃s verba dei
deuote audit. Joh̃. viij. Qui
ex deo eſt v̑ba dei audit. Se
cũdũ cũ q̃s ad bene operãdũ
ꝓ̃ptũ ſe inuenerit. Qꝛ ꝓba
tio dilectõis ẽ exhibitio opis
ſm̃ Gregoriuȝ. Tertiũ cũ q̃s
ꝓpoſitũ abſtinendi a pctĩs in
futurũ h̃ȝ. Quartũ ẽ cũ quis
de p̃terit̃ cõmiſſis dolet. Uñ
ſi q̃s ꝑ hmõi ſigna facta dili-
gentĩ diſcuſſione ſue ↄſciẽtie
ꝗuis forte nõ ſufficiẽti ad ſa-
cram cõione ̃ accedat. aliquo
peccato mortali in eo rema-
nẽte. q̃d eius cognitionẽ ſub-
terfugiat nõ peccat. imo ma-
gis ex vi ſacramenti peccato
rũ remiſſionẽ conſequitur: qꝛ
iſtud ſacramentũ venialia de
let ⁊ mortalia oblita. Secũ
da cautela ẽ oĩbus cõmunis
ne q̃s pollut⁹ in corpore acce
dat eodẽ die. Et nõ ſolũ req̃-
ritur mũdicia mẽtis ( ꝙ ſcȝ ſit
ſine pctõ ) ſed etiam corporis
Pro q̃ ſciẽdũ ꝙ pollutio põt
ↄtigẽ ex ſola diſpoſitõe natu
re: ⁊ nõ ex p̃cedẽti cogitatiõe
⁊ tũc nõ ẽ ſignũ alicui⁹ pcti ꝫ
põt ebetudinẽ mẽtis iducere
ſi ſimul cũ imaginatõe ↄtigat
imundiciã tñ corporis h̃ȝ. Et
iđo ſi neceſſitas imineat ⁊ de
uotio expoſcat nõ ipedit p̃ci
pue q̃ñ ſine imaginatõe acci-
dit. Tamen ſi ꝓpter reuerẽti
am tũc abſtineat laudãdus ẽ
maxime quãdo talis diſpoſi-
tio nature nõ eſt ꝑpetua ſiue
diuturna. Scđo mõ põt con-
tingere ex p̃cedẽti cogitatõe
tunc ſi nõ fuit cõſenſus ad co
gitationẽ. ⁊ neceſſitas vrgeat
poteſt accedere ⁊ celebrare. ſi
aũt nõ vrgeat neceſſitas acce
dendo non peccat mortaliť ꝫ
venialiter maxime q̃ñ cogita

tio eſt cū delectatōe.licet ſine conſenſu. Dicit tñ btūs Tho. ꝙ pōt cōtingere ꝙ in ipſa cogitatiōe pollutio oriaṫ:que ſi placet ꝓpter delectationē ex ſurreptiōe eſt peccatū veniale. Si aūt deliberāte cōſenſu ⁊ ꝑcipue cū ꝯplacētia futura eſt peccatū mortale. Iſta aūt cōplacētia nō facit dictā pollutionē eſſe peccatū:q2 non ē eius cauſa ſed in ſe eſt pctm̄. Si autē placeat vt alleuiatio nature peccatū eſſe nō crediṫ Tertio cōtingit ex cibo ⁊ potu.tūc idē eſt iudiciū ſicut de illa pollutiōe que cōtingit cū ymaginatōe turpi.vt dicit canon.vj.di.teſtamētū vbi dicitur. Cū appetitus gule vltra modū in ſumēdis alimētiſ rapitur. atq3 idcirco humoꝝ receptacula.i.virilia membra grauanṫ.h3 exinde anim9 aliquem reatu3.i. veniale pctm̄ Et hoc non ꝓhibet ab eucharistie ſumptōe ſ3 a cōfectione niſi ſit neceſſitas. Vñ ibidem ſequitur.nō tñ vſq3 ad ꝓhibitionē ſacri myſterij ꝑcipiendi vł miſſaꝝ ſolēnia celebrandi. cū forte aut dies feſtus exigit.aut exhibere myſteriū ꝓ eo ꝙ ali9 ſacdos deeſt.ipa neceſſitas cōpellit.Hec ibidem. Et nota ſm Archid.in canone.teſtamentū diſt.vj. ꝙ licet pollutio ex crapula i ſummo eſt veniale.tamē ipa crapula ꝓcedēs ē mortale.Ex quo p3 ꝙ licet pollutio ex crapula q̄ eſt veniale pctm̄ ꝓhibeat nihilominus ꝓter caſum neceſſitatis a cōfectōe.tamē laicū a ſumptōe nō ꝓhibet qđ pl9 eſt:q2 maior mūdicia reqriṫ i ſacrificio q̄3 in ſumptiōe. Vñ Archid. vbi ſup elicit efficax argumētū ꝙ minus eſt audire diuina q̄3 celebrare. eo ꝙ ſm Thomā pctōr in mortali pctō exiſtēs videndo corpus xpi in miſſa non peccat. licet tūc debeat hūiliari. Quarto cōtingit pollutio ex illuſione dyabolica.de qua dicitiſ. Johannes pariſienſis ſuper.iiij. ſententiaꝝ diſt.x.q.ij.ꝙ talis illuſio habet quādoq3 cauſa3 intrinſecam: ſicut quādo dormiens non fecit quod debuit ſc3 ſe non ſignādo vł aliquid aliud:⁊ ſic eſt pctm̄. Aliquando non eſt peccatū.ſ.qñ hab3 cauſam extrinſecā. ſicut narratur in vitaſpatrū de quodā ſancto viro.qui quotiēs celebrare volebat ꝓcurabat ei diabolus pollutōnes. quod patres ꝑcipiētes dederūt ei cōſilium ꝙ audacter celebraret Quocūq3 tñ modo accidat ex quadā ꝯgruētia ſemꝑ ipedit ſumptionē ſacramēti pro

pter duo. Primo qꝛ ibi ſemꝑ
accidit feditas corporalis cū
q̄ null⁹ ꝓpter reuerentiā ſa=
cramēti dꝫ accedere. Vñ ac=
cedentes lauāt man⁹ ⁊c̄. niſi
forte talis eſſet imundicia q̄
eſſet ꝑpetua ⁊ diuturna: vt ſi
eſſet lepra vel flux⁹ ſanguis:
vel ſeminis. Scḋo qꝛ ibi ſeq̄=
tur pollutio in euagatiōe mē
tis p̄cipue ex turpi cogitatio
ne: q̄ etiā nō ſine culpa cōtin
git. Tenendū tñ eſt ſm Tho.
ꝙ in oībus iſtis ꝓpter neceſ=
ſitatē vel ſolennitatē diei vel
vbi vnus eſt ſacerdos tantū
poſtponēda eſt talis ꝯgruen
tia. et cōmittendo ſe deo cuꝫ
dolore ⁊ cordis cōpunctione
p̄miſſa cōfeſſione ſi haberi p̄t
al's cū bono ꝓpoſito cōfitēdi
accedat in noīe dn̄i. Dicit eti
am doctor pariſienſis vbi ſu
pra: ⁊ ꝯcordat cū ſcō Thoma
de mēſtruo ⁊ alijs imūdicijs
ꝙ q̄diu durant ex quo ſūt tē
porales imundicie ⁊ nō ꝑpe=
tue in talib⁹ eſt abſtinenduꝫ:
ꝓpter reuerentiā ſacramēti.
Si tñ mulier habꝫ deuotio=
nem vel forte poſtea nō habe
bit tēp⁹ cōpetens ad hoc ad
mittat̄. ne ſm Gregoriū pe=
na corporalis ei mutet̄ in cul
pam. Dicit tñ Gregori⁹ ꝙ ſi
mulier eo tp̄e accedat nō eſt
iudicāda: qꝛ paſſio ſua nō eſt
culpa. Si aūt abſtineat lau=
danda eſt. v. di. ad ei⁹ vero.
Valde igit̄ eſſent arguēdi ſa
cerdotes ydiote grauātes ta
les ꝑſonas grauib⁹ peniten=
cijs eo ꝙ ad eccl'iam tp̄e men
ſtrui ingrediūtur aut ad ſac=
mētū altaris accedūt. Et au=
diui de quodā ꝙ ꝓ vna leui
pollutione cuidā pie femine
⁊ multū deuote dedit multa
pſalteria ꝓ penitētia cōparā
da. puto tñ ꝙ ꝓuiderat i hac
parte de ſymonia ſibiipſi per
eādē facienda: ſꝫ tñ mentita ē
iniq̄tas ſibi. Illa eñ ſtati diſ=
cretiorē acceſſit q̄ cū ea meli⁹
⁊ minus egit: ⁊ ita ille pauꝑ
fuit fruſtratus ⁊ in ſua ſpe ſy
moniaca confuſus. Tertia
cautela ꝙ nullus die illo in q̄
cōmunicet debitū petat a cō
iuge vel ecōuerſo vxor a ma
rito. ſm Tho. in. iij. parte. q.
lxxx. nec etiā nocte ſequenti
aut precedenti. qḋ ſi fiat cau=
ſa ꝓlis generande: vel cauſa
reddendi debitū iudicandū ē
ſicut de pollutione nocturna
li q̄ accidit non ſine pctō ꝓpt̄
imundiciā corporalē ⁊ men=
tis diſtractionē. Vñ in conci
lio libertino de cōſe. diſt. ij. c.
oīs homo. dicit̄. Oīs homo
ante cōmunionē ſacrā a ꝓpa
vxore abſtinere debet tribus
aut q̄ttuor aut q̄nq3 aut ſep=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tem dieb⁹ Glo. abſtinere debet q̄tū in ſe eſt vt nō exigat exactus tñ reddere debet q̄libet tp̄e. vt ptz. xxxiij. q. v. Si dicat. Dicit tñ glo. ꝙ hoc non ē p̄ceptū. ꝓ illo notaꝶ. xxxiij. q. iiij. Uir cū ꝓp̄a. Johes etiam i nouella ſua de ꝯſe. eccleſie vel altaris c. j. l. i. vj. ſuper glo. in ꝟ. ſeminis in fine dicit ꝙ q̄ñ maritus accepit eucha riſtiam nō debꝫ exigere: tenetur aūt reddere. de h̄. lxxxij. diſt. ꝓpoſuiſti. ⁊. xxxiij. q. iiij. chriſtiano. In tali ergo caſu vt dicit Gre. ſūt hoies ſuo arbitrio ſeu iudicio relinq̄ndi. ⁊ eoꝝ conſciētia eſt req̄rēda cum veniāt ad cōfeſſionem. Uñ ſi quis voluptate dñante cōiugi miſceꝶ ꝓhiberi debet ab hoc ſacro. xxxiij. q. iiij. vir cum ꝓp̄ia. Albert⁹ aūt dicit ꝙ etiā poſt ſacrā coionez nō licet illo die debitū exigere. nec exactū reddere niſi cum difficultate. Puto tñ ꝙ reddens illo die debitū non peccat mortalr̄ ſ; venialiꝶ. Sꝫ diceres. tñ hyeronim⁹ i quodaꝫ ſmone ſilr̄ ꝓhibet dicēs. Quicūq; vxori reddit debitum nō pōt carnes agni edere. xxxiij. q. iiij. Sciatiſ. Dico ſm doctorē ſubtilē ꝙ nō pōt oino cum tāta reuerentia. et ideo ꝯſiliū eſt vt tūc abſtineat: lꝫ nō ſit p̄ceptū neceſſitatiſ q2 nō video quō ꝑpter h̄ ſolum peccaret mortaliꝶ q2 p̄cipit corp⁹ xp̄i. Uñ glo. ſup dicto c. ſciatis. dicit ꝙ talis nō debet edere de carnib⁹ agni. id ē corpore xp̄i ꝑpter reuerentiā ſacri cū cauſa libidiniſ cōmiſceꝶ vxori al's ꝟo teneꝶ debitū reddere. vt dr. xxxiij. q. v. c. j. Nō video q̄re punietur cū tm̄ ꝓ mortali abſtinē dꝫ eſt a corpore xp̄i. de ꝯſe. diſt. ij. Quotidie. Ex q̄b⁹ infero ꝙ dogma beghardoruꝫ docēs hoiem ꝓ oni tp̄e quo ydone⁹ eſt māducare ſp̄ualiter eſſe ydoneū ad māducandum ſacramētaliꝶ: totaliꝶ eſt peſtiferū ⁊ ſcripturis ſc̄tis cōtrariū. ptꝫ hoc ex ſupradictiſ. Nam multi ſunt ſine mortali pctō q̄ ſunt ydonei ad māducandū ſp̄ualiter cū ſint in gr̄a ⁊ tñ ꝑpter reuerentiā ſacramenti nō ſūt ydonei ad manducandū ſacramētaliter ſicut ptꝫ de ꝯiugib⁹ actualr̄ cōmiſcentib⁹. vt dictū eſt. Item apparet ex his q̄tus error ē dicere ꝙ hō ex reuerētia nō debꝫ moueri ad abſtinentiā: imo magis ad ſacramentaliꝶ p̄cipiēdū. Silr̄ dicere ꝙ virgines ⁊ vidue deuote negocia ſeculi abdicātes ſi ſe in defectib⁹ ⁊ in imp̄fectionib⁹ ſpi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ritualib⁹ inueniant periculo-ſe ab h ſacramēto abſtineāt. Vñ eis ꝯſulēdū eſt ꝙ qtidie al's freqnter. al's aliquotiens in ſeptimana h venerabile ꝑcipiāt ſacrm. q oia errore ſapiunt ⁊ vulpinā calliditatem Vñ dico ſm doctore ſubtilez ꝙ exiſtans in grā actualr ide uot⁹ laudabilit' abſtineat ab hoc ſacro. Nec eſt ꝯſiliū eccleſie ⁊ ſctoꝝ patrū per ſumptionem ſacramenti excitare actualē deuotionē: ſ ꝑ ieiuniū: elemoſinas: orones: ⁊ meditationes deuotas ꝑmuz in ſe deuotionez excitare auxilio dei. ⁊ demū ex ſumptione eucariſtie feruore ⁊ grē expectare fideliter cōplementum.

Quarta cautela ne qs ꝗtuncūqꝫ cōtrit⁹ de ſuis pctis ſine ꝯfeſſione facta ſacerdoti accedat ad cōmunionē. Naz ſic accedens peccat grauiter: ex h qñ hꝫ copiā ſacerdotum Sacerdos tñ volēs celebrare nō ſecū habēs copiā ſacerdotū ſi iminet ſcandalū popli ⁊ iam icepit canonē vel forte qꝛ infirmus amiſit loqlā. ⁊ ipſe pro eo cōmunicādo vult cōficere eucariſtiā ⁊ celebrare miſſam ſi talis eſt in ꝓpoſito cōfitendi ꝗto citius poterit nō peccat cōicando. Licꝫ aūt in pctō exiſtens nō debeat ſine ꝯfeſſiōe cōicare. tñ pōt videre corp⁹ xpi ſine pctō. Si tñ abſtineat ꝓpter humilitatem melius facit ſm Tho. in iiij. diſt. ix. Dicit tñ albert⁹ ꝙ pctoꝛ poteſt videre corp⁹ xpi ſed nō multo aſpectu: ſed eo viſo debet ꝑcutere pect⁹ ſuū quaſi non ſit dignus aſpectu.

Quinta cautela eſt ne qs nō ieiunus accedat ad cōmunionē ꝓpter reuerētiā ſacramēti. vij. q. j. nihil. ⁊ de ꝯſe. di. ij. liqdo. Et h ꝓpter honorez tanti ſacri. vt dicit Aug⁹ in libro reſpōſionū ad Januariū Nō te moueat ꝙ dñs poſt cenam cōicauit aplos: qꝛ hoc fecit ꝓpter impſſionē memorie aploꝝ meliorē. Si tñ iminet neceſſitas mort. tunc poteſt cōicare etiaꝫ poſt cibū vel potum. Sicut ſi qs vulnerat⁹ in taberna hora veſptina tēdit ad mortē talis poteſt expediri ſtatim ne recedat ſine viatico. Unde nō lꝫ aliquā medicinā ante cōmunionē recipere nec etiā potare. Si tñ lauando os aliqd aq: vel ſi reliquias cibi inter dentes remanentes trāglutiret nō impeditur cōicare: qꝛ nō ſumpſit illud ꝑ modū cibi vel pot⁹. ſ ꝑ modū ſaliue q vitari nō poteſt. Si qs etiam poſt mediū noctis aliqd ꝑ modū cibi vel

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ue ſint vſure ſiue rapine ſiue
ſpolia ſiue qdcūqꝫ aliud debi
tū. Qd ſi cōtigerit eū dece-
dere tūc ponat heredes ſuos
vel alios habētes ibi bonos
fideiuſſores ſuos q̄ p ipo ſa-
tiſfaciāt cū effectu. ⁊ h ipſi fi-
deiuſſores debēt facere et p
mittē anteq̄ abſolua r. Dicē-
dū ē etiā ei ꝙ ſi ſupuixerit ⁊ i
fra tps ſibi aſſigtū poſtq̄ ua
luerit nō ſatiſfecerit reincidit
in ſentētiā eandē excoīcatio-
nis. vt in ca. eos q̄. de ſen. ex-
cō. li. vj. Si aūt eēt paup qui
nō poſſet facere vel hre fide-
iuſſores ſaltim promittat ꝙ
poſtq̄ ad pīguiorē fortunam
veniet vult ſatiſfacere. ⁊ ſuffi
cit. de ſolutionib⁹. Odoard⁹
Dibus aūt pmiſſis ſacerdos
corā teſtib⁹ pōt eū ſepelire in
cimiterio vel in eccia eo mō
q̄ dictū eſt ſupra. Vñ ſic dicit
Greg. papa. ix. c. vl. de ſepul.
cuilibꝫ curato. Parrochiano
tuo q̄ excoīcat⁹ ē p manife-
ſtis exceſſib⁹. videlꝫ p homi
cidio. icēdio. violēta manuū
iniectione in pſonas eccliaſti
cas: vel eccliarum violatione
vel iceſtu. dū ageret in extre
mis p pſbiterū ſuū iuxta for-
maꝫ eccle abſolut⁹ nō debēt
cimiteriū ⁊ alia eccliaſtica ſuf
fragia denegari: ſ ei⁹ heredes
⁊ ppinq̄ ad q̄s bona puene-
runt ipſi⁹: vt p eodē ſatiſfaci
ant cēſura eccliaſtica ſūt com
pellēdi. Hec ibi. Et qꝛ multi
dubitāt vtrū talit abſoluti in
agone poſtea debent abſolui
p iudicē ſupiorē: ex q̄ fuerunt
excoicati ē ſciēdū ꝙ ſi pdicti
ifirmi cōualeſcūt ⁊ faciunt ea
q̄ eis iiūgunt nō debēt vlteri
us querere vlteriorē abſoluti
oneꝫ ab aliq̄ iudice a q̄ fuert
excoicati. ſ cōtenti erūt abſo
lutione ſimplicſ ſacerdotſ per
quē fuerūt in agone abſoluti
alſ ei ad q̄d valet illa forma
circa eos obſuata. Illa ei ab
ſolutio circa eos facta dū tra
debat in agone lꝫ nō deceſſe-
rit ē valida intātū acſi p illuꝫ
iudicē p quē fuerūt excoīcati
fuiſſet facta. qꝛ in tali articlo
q̄libꝫ ſacdos ē papa. de pe.
di. j. Quē penitet. ⁊ de ſen. ex
cō. non dubites. ⁊ eo. ti. eos
qui. li. vj. Sciat aūt ſacerdos
qui abſoluit vſurariū vel ra-
ptorē vel incendiariū. ſacrile
gum. homicidā. percuſſorem
clerici. vel ſilem in agone ſine
forma ſupradicta. puta nō acce

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pta ab eo ꝓmiſſiõe vel cauti one fideiuſſoria ſufficienti ꝙ ipe ſol⁹ ſoluat illos q̃s nego= cium tãgit. Tenet em̃ ex q̃. nõ ſatiſfecit forme ſtatute ab ec= cleſia ⁊ illis ſubtraxit pſonaꝫ contra quã reſtabat eis actio Ad hoc facit clem̃. eos q̃ de ſe pulturis. in fi. nec puta ipſuꝫ abſolutũ fuiſſe quo ad actio= nem: q: eccl'ia nõ habebit eũ ꝓ abſoluto niſi al's ſacerdos ſatiſfaceret ꝓ eo.

Regule qb⁹ pctã mortalia atq; venialia ſũt cognoſcẽda

Expeditis e modis cõgruis qb⁹ ſe ꝯfeſſores circa audiẽdas ꝯfeſſiões regẽ debẽt. vtile iudicaui ꝯfeſſori bus occaſionẽ dare aliquam cogſcẽdi. ⁊ ſi nõ certitudinal'r cõiecturatiue tñ pctã morta= lia ⁊ venialia. Pro quo pmo eſt ſciẽdũ ꝙ pctm̃ mortale ſic diffinit. eſt ꝯmiſſio ſiue omiſ= ſio volũtaria recte rõni ꝯria. rõe cui⁹ ⁊ de p ſe pditur gr̃a. Vñ. ex h̃ non plus accipe niſi ꝙ pctm̃ mortale ẽ ꝯuerſio in= ordiata p delectatõeꝫ ad cre aturã ſup̃ deũ vl' eq̃lit' cũ deo Veniale ãt fit p delectatõem in creatura citra deũ vel ſub deo. Et d' mortale q̃ſi magis dignũ morte: q: infert mortẽ culpe ⁊ aufert vitam gratie. Veniale aũt q: venia dignũ. Et cõmittit veniale ex impo= tentia ⁊ inaduertẽtia ⁊ igno rantia. Et cũ nullũ iſtoꝝ ꝓce dat ex malo ꝓpoſito ſiue ma licia. ergo dicit venia dignuꝫ Ponaꝫ igit aliquas regulas de noticia pctõꝝ mortalium. Prima eſt q̃ñcũq; hõ prefert creaturã creatori vt puta ma gis ei itẽdẽdo. ſibi plus credẽ do. de ipa plus ꝯfidẽdo q̃ȝ de deo. aut ei maiorẽ honorẽ ex hibẽdo q̃ȝ deo. ſimilit' ei plus placendo q̃ȝ deo. ⁊ mandatis eius promptius obediẽdo. aut ei ſubijciendo. aut difficiliora ꝓ ea q̃ȝ ꝓ deo ſuſtinẽdo plus in ea q̃ȝ in deo delectãdo. aut ꝓ ea dĩna mãdata trãſgredi= endo. aut i ea ſufficiẽtiã ſuã ponendo. tũc ſemp p̃ſumitur mortale peccatũ. Ex hoc col= lige hoc notabile dictũ ꝙ qñ amor vl' affectio ad creaturã ſiue ad ſe ſiue ad aliũ tãtũ cre ſcit in hoie vl' ẽ tã magna ꝙ i ea ꝯſtituit vltimus finis: ſic ꝙ aliq̃s nec actu nec habitu or= dinat illã creaturã nec ei⁹ di= lectionẽ. aut etiã ſeipm̃ ſ; de um: ſ vellet cuꝫ tali creatura cõtentari ⁊ nõ curat deũ offẽ dere aut p̃cepta ei⁹ trãſgredi ꝓpter illã creaturã. vl' nõ cu= raret de btitudine dũmõ poſ

ſet hic manere cū tali creatu=ra.oia iſta ſunt mortalia. qꝛ icludūt ꝯtēptū dei lȝ non formalē tñ interpꝛtatiuū ⁊ ē fruitio creature q̄ ꝑponitur deo. Hoc ē contra illos curienſes q̄ amore amaſiaꝝ ſuaꝝ debachati dicūt. O ſi tecū poſſez i ꝑpetuū manere nō curarē ſi deus i celo reſideret ⁊ me hic tecū dimitteret. O miſer oīm miſeroꝝ infeliciſſime: qui nō guſtaſti q̄ꝫ ſuauis eſt domin⁹ ſperātibus in ſe: ⁊ quāta preparauit diligētib⁹ ſe. Si tñ aliquis diligit creaturam pluſq̄ꝫ dꝫ: ꝟ tñ ꝓpꝛ hoc deū nollet offendere: aut eius amiciciā ꝑdere nec trāſgredi eius preceptū. aut eū ꝓpter hoc deſerere tūc nō opꝫ q̄ ſit mortale Scda regula qñ aliq̄d cōmittitur ꝯ dilectionē dei vel ꝓximi notabiliter tunc eſt mortale. Illud aūt eſt ꝯ dilectionem dei: ⁊ qđ violat amicicia inter deū ⁊ hoiez: vt cū fit aliq̄d ꝯtra ei⁹ ꝓhibitionē vel qđ ſibi diſplicet. Illđ ꝟo fit ꝯtra dilectionē ꝓximi qđ hō facit ꝓximo. ⁊ tñ ſibi nollet hoc fieri iuxta illud. Nō facias aliiſ ⁊c. ⁊ qđ tibi rōnabiliter ⁊ ex debito vis fieri ⁊c. Et poteſt etiā attendi penes ſcandalū actiuū qđ ego infero ꝓximo meo ꝑ mala exēpla. Sꝫ q̄ꝫtuz importat ꝯ dilectionē: vel q̄ꝫtum ſit illud ſcādalum ad hꝯ q̄ ſit mortale nō ꝑcile determinatū eſt qꝛ in modico facere ꝯtra ꝓximū aut in paruo ſcādalizare nō eſt mortale. Unūq̄libet attendat ſeipm q̄d ſibi vellet fieri ⁊ q̄d ſibi nollet fieri. ⁊ ꝑ qđ factū ⁊ nō factū inť ſe ⁊ ꝓximū amiciciā quam ſimul habēt ſolueret. Tertia regula qñ aliq̄s cōmittit vel omittit ꝯ ꝑceptū dei vel eccľe vel legis nature. vel ſupioꝝ. et pꝛeſtiꝫ ſi ſunt pꝛecepta de neceſſitate ſaluťſ. vel facit cōtra votū publicum vel ꝯ iuramentū licitū: tale eſt mortale

Quarta regula qñ aliquid fit vel omittiť ꝯtra ꝯſciam vere vel falſe dictantē aliq̄d eē mortale vel ꝯtra ꝯſciam formidantē ꝓbabiliter ⁊ dubitatiue an ſit mortale ſi cōſcientia nō ſit ſufficienter iſtructa

Quita regula eſt de actib⁹ itus manētib⁹ qñ q̄dē q̄s habet ſolā cogitationez de aliq̄ q̄ꝫtūcūq̄ꝫ turpē vel malā abſq̄ꝫ tñ cōplacētia ſeu delectatione vel cōſenſu: nūc nūq̄ꝫ eſt pctm̄ mortale: ꝟ vľ veniale vľ nullū. Qñ ꝟo e ſt ꝯſenſus in actū q̄ eſſet pctm̄ mortale tūc ſemꝑ eſt mortale. qꝛ de⁹ volūtatē ꝓ facto acceptat. Qñ autē cū cogitatiōe aut cōpla

centia eſt delectatio moroſa in aliquod turpe ꝛ ſpecialiter in libidinoſis. tūc eſt mortale ſm dictū Aug. eſto ꝙ non ſit cōſenſus in actū ſed in ſolam moroſam delectationē. ꝛ hoc bene ē attendēdū. plures em̄ hic decipiūt. Ex his ergo iaꝫ ponamꝰ practicā de ſingulis pctīs mortalibꝰ. Et primo de ſupbia que tūc eſt pctm̄ mortale ſm primā regulā quādo quis ſubtrahit ſe a ſubiectōe ꝛ obediētia diuina. ꝛ totā vitam ſuā ordinat ad laudē humanā ꝛ ad vanā gl'iam. Talis em̄ ex quo nō curat hoc facē ad laudē dei ſ; potiꝰ humanā videt hoies plus diligere ꝙ̄ deū: qꝛ illis plꝰ vult ꝯplacere ꝙ̄ deo. Siīr eſt mortale ꝑ regulam ſcdaꝫ cū qs pro ſua ſupbia faciēda faciat extorqre paupes ꝓximos ꝓ ſuis tunicis pompoſe faciēdis. Similiter cū quis nō curat ſcādalizare ꝓximos. ſic ſūt mulieres ornantes ſe q̄ pbent occaſionē vidētibꝰ ad cōcupiſcēduꝫ eaſ Uel cū qs pſūptuoſe trāſgredit pcepta dei: vel pcepta legis nature vt faciens alteri qđ ſibi diſplicet tūc ē mortale ꝑ tertiā regulā. Qn̄ vo qs appeteret humanā laudē vl' vanā gl'iam alijs modis: tūc eſt veniale. Itē auaricia eſt mortale peccatū ꝑ ſecundā regulam qn̄ aliquis appetit diuitias habere nō curādo an per fraudē: mēdacia: vſuras: piuria. ꝑ ludos illicitos: vel emptiones: vel vēditiōes exercēs illicitas: vel detinēdo debita alioꝝ: vl' mercedē ſuoꝝ ſuoꝝ peccat mortalit̄. Similiter per primā regulā eſt peccatū mortale ſi nimis magna ſpes in eis ꝯſtituitur. Eſt etiā per terciā regulā pctm̄ mortale quando pro eis acquirēdis negliguntur precepta ſalutis: vt forizando die dominico vel feſtiuo. Itē ꝑ qrtā regulā ſit pctm̄ mortale quādo dubitat de ꝯtractu an ſit licitus: ꝛ tn̄ exercet. Quādo vo appetūtur diuicie pluſꝙ̄ ſunt neceſſe ſ; tn̄ nollet eas acquirere malo ꝛ iniuſto mō veniale ē pctm̄ ſm Aug. i li. de purgatorio. vl' qn̄ nollet offēdere deū nec i eis ꝯfidere tūc etiā ē veniale ꝛc. Itē gula eſt pctm̄ mortale ꝑ pmam regulā quādo qs tātā delectationē i comeſſatōe vel potatōe habꝫ ꝙ ꝓpter ipaꝫ nō curat deū offēdere aut miſſas negligere vel ieiunia frangere. Itē quādo hō ſuat ſe potu intm̄ ꝙ vſuꝫ rōis obmittat obliuiſcēs vbi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſit ꝛ reddit vt beſtia:vl' cū ali um ſtudioſe inebriat.ꝛ hoc ē pctm̄ moꝛtale ꝑ ſcdaꝫ regulā Et h̄ ē veꝝ ſi ſcit foꝛtitudineꝫ pot⁹ qꝛ ſi neſcit ꝛ bibit exceſ= ſiue cauſa ſeſſiōis vl' collatio nis amicoꝝ ꝛ ſocioꝝ eſt veni ale Jtē ꝑ quartā regulam eſt moꝛtale ſi q̄s ꝯ ꝯſciam ſibi di= ctātē qꝛ talē potū bibere im= moderate eſt deſtructio capi tis:vl' qꝛ h̄ ē pctm̄ tali die:vel qꝛ inde ſcādalū oꝛit' eſt pctm̄ moꝛtale.Hoc attēdat p̄ſbiter viſitās tabernas ex cui⁹ viſi= tatōe ſcandalizātur laici:ſi ta lis peccat moꝛtalit' iudicet ſe ip̄m.Si aūt q̄s cōmedit vl' bi bit ex delectatōe vel vltra mē ſuram:vel p̄cioſos cibos ſu= mit ꝫ tn̄ nollet ip̄e ſibi ꝑ h̄ oꝛ/ dinare aliq̄d ipedimētū ſani tatis vel ſalutis lꝫ ei eueniat doloꝛ capit̄ vel iſirmitas alia eſt veniale.Jtē ira qn̄ ꝓcedit vſqꝫ ad odiū ꝓximi ita ꝙ vult notabiliter nocere ꝓxio i re= b⁹ coꝛpoꝛe vel honoꝛe ē moꝛ tale ꝑ ſcdam regulā. Si autē ex ꝯmotōe ſubita vult maluꝫ ꝓxio nō bn̄ deliberat⁹ q̄d tn̄ delibat⁹ nō faceret ē n̄ moꝛta le Jtē iuidia q̄ ē triſticia d̄ bo no ꝓximi ſi ꝓcedit ex odio ꝑ ſōali ē pctm̄ moꝛtale ꝑ ſcdaꝫ regulā vl' ſi gaudet de malo ꝓ ximi ꝛ triſtat' de ip̄i⁹ bono et tn̄ ex h̄ nullā hꝫ vtilitatē ſꝑ ē moꝛtale.Sed ſi iō gaudet de malo ne ſit ei nociuus. puta gaudet de ſui inimici deꝑſſio one vt ꝑ h̄ ſit ſibi ad nocēduꝫ min⁹ potēs h̄ nō ē peccatum moꝛtale:Silr̄ detrahēs ꝛ i fa mās ex iuidia ē moꝛtale.Jtē luxuria q̄ eſt coit⁹ oīs extra thoꝝ m̄rimonialē ſēꝑ ē pctm̄ moꝛtale.Silr̄ concupiſcentia cū delectatōe moꝛoſa:vel cō ſenſus in talem actū.Et oīn̄ſ actus turpis in locis ipudic̄ vt oſcula ꝛ alia q̄ verecūdare tur hō facere coꝛā hoīb⁹ ſunt peccata moꝛtalia. Similiter dicēdū eſt de amicicia ꝛ fauo re viri ꝛ mulieris.q̄dā dicunt ꝙ ē moꝛtale pctm̄ eo mō vide licet dū vn⁹ vult ꝯplacere al= teri i actib⁹ p̄ſcript̄.ſ.oſculis motib⁹ ꝛ tactib⁹ inoꝛdinatis dans ſibi poteſtatē in ſe exer cendi:vel habēs animū patū ad h̄ dum alter nollet exerce re.Et tales ſtantes i tali peri= culo vl' ꝓpoſito nō ſūt in via ſalutis.Jtē accidia eſt tediū de diuinis reb⁹ ꝛ de reb⁹ ſp̄ū= alib⁹:vel tarditas ꝛ pigricia ad audiēdū de deo ꝛ faciēdū ea q̄ ad deū ſpectāt ꝛ ē moꝛta le.Vn̄ pꝫ ꝙ diſtractio cogita tio vel occupatio exterioꝛ in fra diuinū officiū eſt peccatū accidie.Et ſi ē ſtudioſa appli

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

catio ad talia imptinētia. ita ꝙ non curet hō a ſe repellere hmōi cogitationes et dimittere occupatōes eſt mortale peccatū. Et nota circa predicta ꝙ aliđ eſt mortale. aliđ veniale ⁊ aliđ crimiale. vñ inter mortalia ⁊ criminalia ē differentia ſicut iter gen⁹ ⁊ ſpēm: nā oīe criminale eſt mortale ſ; nō ecōuerſo: mlta eīn mortalia ſunt q̄ nō ſunt crimialia id ē capitalia q̄ nō iducūt de capitationē ſiue depoſitōem vl' exiliū vel intruſionē carceris. lic; q̄dāmodo oīe pctm̄ vocet̄ crimē. di. xxv. vnū orariū. §. crimis appellatio. Primū pctm̄ crimiale eſt peccatū hereſis: vt errare i fide trinitatis. xxij. q. ij. pmū: Secūdū eſt inceſtus: vt habet̄. xxxij. q. vij. ca. Adulteriū. ⁊. c. flagicia. Tertiū eſt homicidium l. di. Placuit. Quartū crimē leſe maieſtatis. vj. q. j. ſi quis iij. q. v. accuſatorib⁹. Quītū crimē ſacrilegij. ij. q. j. In primis requirēdū eſt. xvij. q. iiij. Si quis in atria: ⁊. cap. frater Sextū inceſtus. iij. q. iiij. con ſanguineoꝝ. xxxv. q. iij. đ ice ſtis: ⁊ eadē. q. viij. hec ſalubriter. Septimū ꝯſpiratio. xj. q. j. Cōſpirationū: ⁊. c. ſi q̄s clericoꝝ. Octauu; adulterium. xxij. q. vij. quid i oīb⁹ ⁊ eadē

cauſa. q. iiij. Nonū falſum teſtimoniū. xxij. q. iiij. nō piurabis. vj. q. j. q̄cūq;. Decimū eſt crimē ſymonie reſpectu cui⁹ omnia crimina ꝓ nihilo reputantur: vt de ſymonia ſicut ſymoniaca. j. q. vij. c. vlt. Undecimū eſt vſura. iiij. q. i ij. plerique. Alia aūt pctā nō vocātur crimialia q2 nō ſunt capitalia lic; mortalia ſint: ſūt ei diſpēſabilia ſine decoloratōe ſtat⁹ ecclīe. j. q. xij. diſpenſatores. ⁊. c. et ſi illa. ſm archi. xxv. di. audire. Itē pctā mortalia ſūt oīa ꝯ decē p̄cepta ꝯmiſſa que enumerat aplūs ad Ro. j. vt ydolatria. auaricia. iuidia. cōtentio. dol⁹. ſuſurratio. detractio. ꝯtumelia. ſupbia. elatio. inuentio maloꝝ. inobediētia Nā qui talia agunt digni ſūt morte. Itē ad Gal'. v. enumerat alia dicēs. Manifeſta ſūt opera carnis que ſunt fornicatio immūdicia: ipudicicia: luxuria: auaricia: veneficia: i imicicias: ꝯtētōeſ: emulatōeſ rixe: diſſenſiōes: ſecte: iuidie. homicidia: ebrietates: comeſatōes. Et ſequit̄. Qui talia agunt regnū dei nō cōſequētur. Ad iſta autē reducuntur oīa alia mortalia. Sed peccata venialia enumerat Aug⁹. xxv. di. vt cū aliq̄s plus accipit i cibo vel potū ꝙ ſit neceſ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſe.plus loquitꝫ ꝙ oportet.pl⁹ placet ꝙ expedit q̄tiens pauperem importune petentē exaſperat vel ſi ſan⁹ alijs ieiunātibus prādere voluit Aut ſōno dedit⁹ tardi⁹ ad eccleſiam ſurgit: aut vxorē excepto deſiderio filioꝝ cognoſcit qđ tamen ſepe eſt mortale q̄tiēs incarceratos tardi⁹ req̄ſierit vł īfirmos nō viſitauerit. Si diſcordes nō ꝯcordare curauit Si plus filiū vxorē vel ſeruū exaſpauerit ſeu increpauerit aut correxerit. Si fuerit plus blādit⁹.i. adulat⁹ alicui ꝙ expedit. Si paupib⁹ eſuriētib⁹ nimiſ delicatū cibū ꝑparauit Si in eccl'ia aut extra eccleſiam iocoſis vel fabuloſis vel ocioſis verbis inſtiterit. Si aliquid iurat icaute qđ poſtea implere non poteſt. Vel cū ex facilitate vł temeritate maledicit. Hec oīa ꝓ tanto diutius ꝓtraximus putātes multum eſſe vtile circa hoc ſacramentū penitētie cognoſcere particulariter ⁊ ad oculū illa ſine quoꝝ cognitione nō bene pōt expediri illud ſacr̄m.

De ſacramento extreme vnctionis.

Infirmatur quis ex vobis iducat pr̄ſbiteros eccl'ie vt orent ſup eū vngentes eum oleo in noīe dn̄i. Iaco.v.ca. Quia vt dicit glo. de appel. ca. qua fronte. homo ꝓpt̄ peccatū citius mori ꝓſumit̄.xj.q.iij. Epi. ⁊.xij.q.j.ca.ij. ⁊.xxiij.q.iiij. Ea vi dicta. Et gloſa ordinaria ſup verbo thematis dicit ꝙ multi ꝓpter pctā plectūtur morte corporis. Hinc eſt ꝙ ſaluator ꝓuidens de remedio contra pctā hominū ſanoꝝ: vt de pn̄ia prouidere etiam eſt dignatus de remedijs contra pctā hominū infirmoꝝ: vt de extrema vnctione.ꝑ quā quidē peccata venialia dimittūtur. ⁊ etiā infirmitas corporis interdū alleuiatur. Vn̄ ſequit̄ in themate. Et oratio fidei ſaluabit infirmum ⁊ alleuiabit eum dn̄s Glo. interlinearis id eſt ſi eū contigerit mori ſic dimittentur. Et bene hoc expreſſū ē in apoſtolis. De quibus dicitur. Mar.vj. ꝙ vngebāt oleo multos infirmos ⁊ ſanabant quod vtiq̄ fit virtute hui⁹ ſacramēti. ⁊ nō alia ſimplici vnctione. Nā apoſtoli tunc vngentes conferebāt hoc ſacramentū a xp̄o eis ꝑceptū. Vn̄ dicit lyra ſup. Mar. vbi ſup. ꝙ ex eo ꝙ apl'i ſic vngebant patet ꝙ vnctio extrema q̄ eſt infirmoꝝ fuit inſtituta a chri



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſto .qđ eſt cōtra multos dicē tes ꝙ Jacobꝰ apl's in verbis ꝑmiſſis eā inſtituiſſet qđ falſum eſt cū nullꝰ apl's aliquod ſacramētū inſtituere potuit. ꝭ bñ publicare potuit inſtitutū. Et hoc fecit iacobꝰ i ꝟbis ꝑmiſſis nr̄i thematis dicens. Infirmaꝛ quis ex vobis. ⁊c. Vñ dic̄ Tho. in. iiij. diſt. xxij. q. j. argu. iij. ꝙ oīa ſacr̄a xp̄us inſtituit p ſe: ꝭ q̄ ſunt difficilio2a ad credēdū illa p ſe promulgauit. alia āt ꝓuauit apoſtolis ꝓmulgāda ſicut extremā vnctionē ⁊ cōfirmationē. Vñ p iſta ꝟba thematis nr̄i a iacobo fuit iſtđ ſacr̄m ꝓmulgatū ⁊ non inſtitutū. Diffiniꝛ autem extrema vnctio ſic ſc̄m Scotū vbi ſup2a ē vnctio infirmi hoīs facta in partibꝰ determinatis co2po2is cuꝫ oleo ꝯſecrato ab ep̄o miſtrata a ſacerdote certa ꝟba cū intētōe debita ꝓferēte ex inſtitutiōe diuina efficaciter ſignificans curationē venaliū. Ex q̄ diffinitōe ſatis pꝫ euidēter a quo debeat iſtud ſacr̄m ꝯferri. ex qua materia ⁊ ſub q̄ fo2ma de q̄bus p o2dinem eſt videndū Et p̄mo ſciendū ē ꝙ materia huius ſacramenti eſt oleum oliue ab ep̄o ꝯſecratū. Et nō eſt oleū balſami ſicut in cōfirmatōe. Cuiꝰ rō eſt q2 q̄ habꝫ exire de via nō opo2tet ꝙ habeat odo2ē bone fame q̄ per balſamū deſignaꝛ: ſed ſufficit ip̄m habere bonā conſcietiā: Nec pōt aliq̄s ꝭ ſacramētuꝫ conferre niſi ſacerdos. Et ſi alius confert nihil facit. Vñ in diffinitōe dicitur a ſacerdote miniſtrata. Secūdo ſciendūꝫ eſt de fo2ma huiꝰ ſacramenti q̄ eſt ſeptuplex ad ſeptē vncti ones p2icipales. Circa qđ ſciendū ꝙ in quibuſā ecclijs dicitur iſta fo2ma in collatione huius ſacramēti. Ungo oculos tuos oleo ſacrificato. In noīe. pa. ⁊. fi. ⁊. ſ. ſ. Siīr. vngo nares ⁊c. ⁊ conſequēter labia manꝰ ⁊ pedes. Sꝫ i rei veritate iſta ꝟba nō ſunt ꝟa fo2ma huiꝰ ſacramēti: ꝭ bñ ſūt diſpoſitio ad fo2mā. Fo2ma āt huius ſacramēti ꝟa ē hec. Per iſtā ſacrā vnctionē ⁊ per iſtaꝫ ſacratiſſimā bn̄dictionē idulgeat tibi dñs q̄cquid deliq̄ſti per viſuꝫ. ſiīr reſumēdo ſuper aures. nares. labia. manus ⁊ pedes Licet aūt in hoc ſacr̄o fiant multe vnctōnes. vltima tn̄ vnctio. ſ. in pedibus eſt fo2ma reſpectu oīm ꝑcedentiuꝫ ⁊ agit in virtute oīm. Et ideo in vltima gr̄a infundiꝛ q̄ effectū ſacr̄i ꝓbet. Vñ ſc̄m Tho. in. iiij. di. xxiij. Si iam aliquę partes eſſent inūcte ⁊ p̄ſbiter

deficeret ſicut contingit in peſtilentia. qd factum eſt nō debet iterari: ſ vnctiones q̄ reſtant per aliū ſacerdotem debent cōpleri. Sint ergo pſbiteri cauti vt de cetero corrigant libros ſuos ꝛ agēdas. in quib⁹ cōmuniter habent formam ſacramēti hui⁹ p illa vba. Ungo oculos tuos vl' nares tuas ꝛc. Iſtud em̄ ſacramentū cōfert p modū ſuffragii ſm Tho. ꝛ ideo dat p ſolam orōnē: ꝛ p vba optatiui modi. Un̄ dixit Jacob⁹ i verbis thematis. Inducant pſbiteros vt orent p eo. illa vero vba. Ungo oculos tuos ꝛc. nō ſunt de ſubſtātia ſacramēti ſ de bn̄ eſſe ſm Pe. de tharan. diſt. xviij. ꝛ Tho. in iiij. q iiij. arg. ij. Quib⁹ autem cōferendum ſit hoc ſacramētuꝫ Reſpōdeo ꝙ ſolū eſt dandū īfirmis ꝛ nūq̄ ſanis. nihil em̄ efficit in eis. Et hoc patet ex diffinitōne prius data in qua dicitur ꝙ hoc ſacramentū eſt infirmi hoīs. Nec debet dari infirmis iſtud ſacramentū ex periculo exterioris violentie puta armoꝝ vel ſubmerſiōis ſm doctorē ſubtilē in. iiij. diſt xxiij. Et ex hoc ſoluo vnū dubiū de quo cū audirē ſentētiarū libros dubitabat a lectorib⁹ ꝛ a formatis baccalarijs ſacre theologie an valeat vulneratis vel ſubmergēdis hoc ſacramentū. Patet em̄ ꝙ nō dico em̄ pbabiliter ꝙ ſi quis eſt vulnerat⁹ ꝛ ex vulneribus inflictis incidit i infirmitateꝫ longaꝫ ex qua deſperatur de vita ſua: puto ꝙ ei ſit dandū ſed al's recenter vulnerato iā decedenti non eſt dandū. Similiter ſuſpendendo vel ſubmergēdo nō eſt dandū. quia illi nō dicūtur infirmi: nec moriūtur ex defectu nature: ſed ex euentu fortune ſm Petrū Itē non debet dari pueris furioſis ꝛ amētibus q̄ pus non petierūt hoc ſacramentū. Si quis tn̄ ſenio deficeret ſubito in articulo mortis pōt ei dari hoc ſacramētū. Sed tn̄ adultis vſum rōis habētib⁹ nō datur niſi petāt ſpāliter: ſ tn̄ q̄ i vita ſua habuit bonū ꝓpoſitū oia ſacramēta ſuſcipiēdi ſibi neceſſaria vel vtilia: etiā ſi amitteret loqlā vngat i noīe xpi. Non debꝫ etiā q̄s inungi ſepius i eadē infirmitate niſi eadē infirmitas vltra annū ꝓtrahat. ita ꝙ vno anno in eadem infirmitate nullus bis inungatur. ne ſacramētū iſtud vileſcat. Iterat tn̄ h̄ ſacrm̄ in diuerſis infirmitatib⁹ vel i eadem recidiua: q2 nō habꝫ effectū ꝑpetuū. eo ꝙ ſanitas cor



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poris et mẽtis q̃ ſunt eius ef=
fect⁹ reiterari poſſunt. ꝛ amit
ti et recuperari. Debet autẽ
fieri vnctio ſuꝑ organis qui=
cꝫ ſenſuū q̃ ſunt quaſi prime
radices peccandi. Vnde oculi
vngunt̃ ꝓpter viſum q̃ pecca
mus. Aures ꝓpter auditū.
Nares ꝓpt̃ odoratū. Labia
ꝓpter guſtū. Manus ꝓpt̃ ta=
ctum. Pedes vero ꝓpter vi
motiuā. qđ nō eſt de neceſſi=
tate. Cor aūt non vngat̃. q2 ē
ꝑncipiū imediatū vite: et re=
motum actionis: nec genita=
lia ꝓpter immūdiciā ꝛ reue=
rentiā ſacramenti. nec lingua
ꝓpter abhominationē. Item
ſm Tho. mutilati inungi de=
bent quāto ꝓpinqui⁹ poſſūt
circa partes q̃ inungi debue=
rant. q2 q̄uis nō habēt mem
bra tñ habent potentias q̃ il
lis mēbris debent̃ ſaltē in ra=
dice. ꝛ ideo interius peccare
poſſunt ꝑ ea q̃ ad eos ꝑtinēt
Et effectus extreme vnctio=
nis ſm Tho. eſt q̄dam ſana=
tio ſpūalis q̃ dat̃ ꝯtra quādā
debilitatē vel ineptitudinē q̃
in nobis relinquit̃ ex pctō ac
tuali vel originali. ꝯtra quā
debilitatē homo roborat̃ ꝑ h̄
ſacrm̄. Et q2 h̄ robur ſeu forti
tudo grām facit ſecū nō com
patit̃ pctm̄. ideo ex ꝯſeq̄nti ſi
īuenit pctm̄ aliqđ veniale vel
mortale oblitū q̃ ad culpā tol
lit: dūmodo non ponat̃ obex
ex parte recipiētis. Scđari⁹
aūt effect⁹ ei⁹ eſt corporalis
ſanitas. Sz diceres q̄re non
ſemꝑ hō infirm⁹ vnct⁹ ſurgit
de infirmitate ſꝫ ſepi⁹ morit̃:
Rñdeo ꝙ cū in iſto ſacro ſa=
nitas eſt effect⁹ ſcđari⁹: ꝛ ideo
nō dat̃ niſi ſm ꝙ expedit ad
ſanitatē ſpūalē: q2 tunc ſemꝑ
eā inducit dūmodo nō ſit ipe
dimentū ex parte recipiētis.
Vñ ptꝫ ꝙ vnct⁹ in extremis
ſi nō ſurgit ab infirmitate illa
per illā vnctionē ſignū eſt ꝙ
ſanitas corporalis eſt ſibi no
ciua: ꝛ vult de⁹ poti⁹ eum ſic
habere infirmū q̄ ſanū. vel ſi
gnum eſt ꝙ infirm⁹ nō bñ diſ
poſitus eſt in cōſciētia. ita ꝙ
adhuc aliquid hꝫ qđ impedit
ne ſanitas corporalis ſibi re=
ſtituat̃. al's raro fallit. In hoc
eñ ſacro vnctio exterior ē ſa
cramētū: ſꝫ res ſacri eſt ſani=
tas corporis ꝛ aīe. res aūt et
ſacrm̄ eſt vnctio ſpūalis inte
rior. i. mentis iocunditas vel
ſolaciū. Poteſt aūt hoc ſacra
mentū ſacerdos cōferre cum
vno clerico q̃ ſibi reſpōdeat
ad orōnes ꝛ ad pſalmos qui
ibi dicūtur. Si tñ caret cleri=
co poteſt ſolus expedire to=
tum ſm wilhelmū ꝛ hoſtiē.
Si autē vngitur ſacerdos nō

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt opus clerico q̄ reſpondeat ad pſalmos et ad orōnes. ſ ipſemet reſpōdeat ſolus dicens cū oꝛ in letania. Sancta maria. ora ꝓ me. Sancte petre: ora pro me. ⁊c. Similiter cum dicit. A morte ꝑpetua: reſpondeat. libera nos domine. Nec vngant ſacdoti manus in palmis interioribus: qꝛ ibi vncte ſunt ꝑ epm in ordinib9: ſ exterius vngant in ſupficie. De hoc tñ non ē magna vis qualitercunqꝫ faciat ſ tñ illud ſecurius eſt et tutius. Practica hui9 ſacramēti eſt facilis. Nā ꝑmittit ſacerdos ꝑmo veniens in domuz infirmi ſeptem pſalmos penitentiales cū letania. Demuz q̄rat ab infirmo ſi poſtulat ſacram vnctionē. Tertio dicit orōnes poſitas in libello ad hoc cōgruas. Quarto vngit eum forma ſupradicta. Quinto tergit cum ſtupa canapi. vel lini loca vncta ⁊ ꝓijcit in ignē. Sexto lauat manus ſale ⁊ aqua: ⁊ ſimiliter ꝓijcit ad ignem. Septimo alligat loca illa mūdo panniculo vſqꝫ ad tertiam diem: que tertia die cōburent. Octauo relinquit ſignū paſſionis xp̄i. in cuius vtute iſtd ſacrm ſic ⁊ alia hꝫ vtutē ſanatiuā aie ⁊ corporis

De ſacramēto ordinis.

r Egale ſacerdotiū: gēs ſctā ꝑplſ acq̄ſitionis j. Pe. ij. Et ſi xp̄s deſcendēs de celo ad terras humanum gen9 nō ſolū a ſuitute diabolica redemit ⁊ libertati ac dignitati reſtituit. iuxta illud. Non ſum9 eñ filij ancille ſed libere qua libertate liberauit nos xp̄us ad Gal. iiij. ⁊ Joh. viij. Si filius vos liberauerit ve liberi eritis. multo tamen meliori modo ſtatuz ſacerdotalem in illa libertate extulit ⁊ dignificauit. ita vt non ſolū ipſi ſacerdotes ſint liberi modo cōmuni vt ceteri homīes in cōmunione vnius fidei et participatione ſacramentoꝝ ſed etiam q̄ ſint quaſi duces ꝑſides ⁊ reges diſpenſatores ⁊ rectores diuinoꝝ myſteriorum. vnde dicuntur ſacerdotes quaſi ſacri duces vl ſacra dātes. vel ſacramēta ſacrificātes ſeu ꝯſecrātes qđ vtiqꝫ maximū eſt ⁊ excedēs cōmunez ſtatū fideliū. Vñ merito Petrus neſciēs eos ꝯparare alijs q̄ excellētiſſimis perſonis in ꝯgregatōe fideliū. ſ. regib9 dicit. Regale ſacerdotiū. Ne ergo ſacerdotes putarent eē tñ nobiliores vt reges additur gēs ſctā. ſ. ſpecialiter ſcti-



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ficata dño ihu xpo. ⁊ ne leuis reputationis in ſctitate eſti=marentur vt ceteri ſubiūxit. pp̄ls acq̄ſitionis.i.ſpecialiter acq̄ſitus ⁊ deo appropriatus Nō em̄ ſacerdotes ſolū ſunt pp̄ls dei: ⁊ oues paſcue eius iure creationis: vt oēs hoies nec redemptiōis ſolū. vt oēs xpiani. ꝫ iure ſpecialiſſimo et peculiari q̄ vocauit eos vt vir tutes ei⁹ nūciēt. vt dr̄.j. Pe. ij. Quib⁹ nō ſupra hoies ſo=lum: ꝫ ſup ſeipſum quodāmō dedit poteſtatē. dādo videli/cet eis ptātem ꝯſecrandi ⁊ cō ficiendi corp⁹ ſuū ⁊ ſanguinē vt dr̄ Math. xxvj. Circa igi tur ſacr̄m ordinis ſacerdota/lis videndū eſt p̄mo de ſub=ſtantialib⁹. Scdō de acciden talibus. Tertio de cautelis.

Quātū ad p̄mū ſciendū ꝙ ordo ſic diffinit̄ p magiſtrum ſententiarū. li. iiij. di. xxiiij. eſt ſignaculū quoddā eccl̄ie per quod ſp̄ūalis ptās tradit̄ or=dinato. Ita etiā diffinit Hu=go de ſctō victore. Ordo aūt ſacerdotalis ſm doctorem ſic diffinit̄ in ſpecie. Ordo ē iſti=tutio in ḡdu eccl̄ie ſimpliciter p̄eminēte diſponēs habētem ad ꝯficiēdū euchariſtie ſacr̄m facta ab epō p certa v̄ba cū intētione debita ꝓferēte. Et in ipſa ordinatiōe q̄ddā ē ſa=cramētū tm̄. vt ptās q̄ tradit̄. quoddā res tm̄. vt gr̄a q̄ con fert̄. quoddā res ⁊ ſacr̄m. vt caracter q̄ imp̄mit̄ in ſingulis ordinib⁹ vt ſtati patebit. Sūt aūt ſex de ſubſtātia hui⁹ ſacr̄i Primū eſt ptās ordinātis: q2 op₃ vt ſit ep̄s. Scdm̄ ē mate=ria. ſ. vnctio in ſacerdotib⁹: ⁊ tact⁹ illoꝝ que ſunt tāgenda. Tertiū ē forma v̄boꝝ. Quar tum eſt ſex⁹ virilis. q2 feia or dinari nō pōt: nec recipit ca=racterē ordinis ſi millesies or dinaret̄. Cui⁹ rō eſt ſm Tho. q2 cum in ſacerdotio debeat ſignificari eminentia ḡdus. ⁊ feia tenet ſtatū ſubiectionis: ideo nō eſt apta ad ſuſcipien dū hoc ſacr̄m. Quītū eſt intē tio debita: vt ep̄s intēdat cō=ferre: ⁊ cleric⁹ ſuſcipere. Sex tum eſt: ꝙ ordinand⁹ ſit p̄us baptizatus. al̄s nō ſuſcipet h̄ ſacr̄m: q2 fundamētū omniū ſacroꝝ ⁊ ianua eſt baptiſm⁹. Ubi aūt fundamētū deeſt ni hil deſup edificari pōt. de p̄ſ=bitero nō baptizato. c. miſerā te. ⁊ c. veniēs. Caracter autē ꝯfirmatiōis nō p̄exigit̄ de ne ceſſitate: ꝫ de ꝯgruo. Ulteri⁹ eſt ſciendū ꝙ ſeptē ſunt ordi=nes. Primus eſt oſtiariatus: cui⁹ ē cuſtodire locū cōfectio nis ſacroꝝ ab imundis. ſ. infi delibus ⁊ excoicatis. Scdus

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

eſt lectorat⁹:cui⁹ eſt legere ꝓ
phetias ad inſtruēdū illos q̄
volūt credere. Et ideo ſꝫ Tho
mā ꝓphetie q̄ſi p̄ma rudimē
ta eis legēda cōmittunt. Ter
tius eſt exorciſtarū qꝛ eſt ar-
ctare demones ꝑ adiuratio-
nem ne dn̄ent in corpore nō-
dum baptizato. Quart⁹ ē ac
colitoꝝ:qꝛ eſt p̄ſentare mate
riam:vrceolū cū aq̄ ⁊ vino. ⁊
lumen accēdere. Alij vo enu
merant adhuc alios duos or
dines.ſ.pſalmiſtarū ⁊ cātoꝝ.
q̄ tn̄ ſm Tho.in.iiij.di.xxiiij.
q.iiij.arg.ij.nō ſunt ordines:
nec ſunt illa noīa ordinū ſ; of
ficioꝝ.tn̄ inter ordines large
acceptos cōputant. Et iſti vo
cant minores ordines q̄s poſ
ſunt abbates bn̄dicti cōferre
incluſiue vſq; ad lectoratum.
vt.lxix.diſti.qm̄ videm⁹. vbi
glo.dicit q̄ poſſūt facere pſal
miſtā:oſtiariū ⁊ lectorē.⁊ hoc
lꝫ abbati in ſuo monaſterio.
Exorciſtā vo aut accolitū fa
cere nō licet:qꝛ iſti duo ꝑ ſo-
lum epm̄ fiūt.vt dr̄ ibidē in c.
nō opꝫ. Hec fuit ſn̄ia Hugo-
nis ⁊ Laurētij q̄s ſeq̄t archi.
ibidē. Idē tenēt Raymund⁹
⁊ Goffred⁹ in ſentētijs eoꝝ.
de epo q̄ renūciauit epatui.⁊
p̄t abbas taliter ordinare ſu-
pradictos non ſolū in q̄ttuor
tꝑibus: ſ; etiā dieb⁹ dn̄icis: ſ;
tm̄ in ſuo monaſterio.al's al-
teri faceret preiudiciū. Iſtaꝫ
aūt hꝫ ptātem abbas nō ſolū
ex ordine: ſ; ex ptāte bn̄dictō
nis. Vn̄ lꝫ abbas nō ꝯſecrat⁹
manū iponere nō pōt ordina
to.vt in.c.qm̄ videm⁹.⁊ c.nō
opꝫ.⁊ c.cū ꝯtingat. de eta. et
qua.or.tn̄ manū bn̄dictionis
pōt iponere.de ſupplēda ne-
gligētia p̄latoꝝ.c.j.ſ.recipiē-
do ꝓfeſſos.⁊ ſic nō pōt ordi-
nē ꝯferre:niſi ſit bn̄dict⁹. De
h̄ iā deteriatū ē de ꝑuilegijs.
c.abbates.li.vj. ⁊ de collatio
nib⁹.ibidē.imo pſalmiſtā ⁊ ca
torē p̄t ordinare ſimplex ſac-
dos.vt.xxiij.di.vbi dr̄. Pſal-
miſta ⁊ cantor p̄nt abſq; ſcia
epi ſola iuſſione pbr̄i officiuꝫ
ſuſcipe cātādi.dicēte ſibi p̄ſbi
tero.vide vt qd̄ ore cātes cor
de credas. ⁊ qd̄ corde credis
opib⁹ approbes. Laurētius
etiā.xcij.di.nō licꝫ.exponit h̄
c.cū dr̄ i eo offm̄ cātādi ſuſci-
pere.i.ſuſcepti officij executi
onē. Qd̄ etiā ꝓbat Hoſt.i ſū
ma de ordinat̄ ab epo q̄ re-
nūciauit epatui circa p̄ncipiū
Ray.vo i ſūma eodē titu.no
tauit h̄ itelligēdū de ſacdoti-
bus curā h̄ntib⁹.q̄ ſoli h̄ p̄nt.
videt tn̄ q̄ cū nec alios ordi-
nes poſſꝫ q̄s exeq̄ ſine licētia
ei⁹ ita nec aliq̄d ſpecialitat̄ i
pſalmiſta hic itroducat. Sed



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Inno. Bern̄. ⁊ Petr⁹ de ſam pꝛana dicūt h̄ poſſe quēlʒ ſacerdotē. Et hāc vltimā ſniam approbat archi. in p̄dicto ca. pſalmiſta. Utrū āt infigat̄ caracter aīe p h̄moī ordinē dic̄ ibideʒ archidiacon⁹ ꝙ nemo ſcit ⁊ iō ꝑcutiēs talē nō incidit canonē. Q̄ ⁊ vt dicit Uincētius. hic ordo nō eſt de p̄ncipalibus: nec d̄r ordo ꝓp̄e h̄ large ⁊ iſtā ſentētiā tenēt theologi q̄ dicūt pſalmiſtatū cantoꝛiatū ⁊ ep̄atū nō eē ordīes Credit tn̄ archidiaconus vbi ſupra ꝙ ꝑcutiens pſalmiſtaʒ īcidit canonē: nec ſup eū ſeculare iudiciū pōt habere poteſtatē: ⁊ dicit ꝙ ſi obmittat̄ ordo iſte ⁊ conferat̄ lectoꝛat⁹ et accolitat⁹ nō eſt repetendus Hoſtiē. tamē in. ca. contingit de etate ⁊ q̄litate oꝛdi. dicit ꝙ ſit repetendus. Hec de iſtis. Deinde ſequūtur ſacri oꝛdines q̄ dicuntur maioꝛes. Primus ē ſubdiaconat⁹. ad quē ꝑtinet oblatōes recip̄e ab offerētib⁹: ⁊ eas diacono offerre. itē legere ep̄lam ⁊c̄. Sc̄ds ē diaconat⁹ ad quē ꝑtinet hoſtias oꝛdinare ī altari. ſil'r legere euāgeliū. Terti⁹ ē p̄ſbiterat⁹. ad quē ꝑtinet ꝯſecrare coꝛpus xp̄i ⁊ ſanguineʒ: ⁊ hic eſt actus principalis. ali⁹ aūt ꝯſequēs. ſ. ſoluere ⁊ ligare ꝑ quē actū p̄paratur coꝛp⁹ xp̄i miſticum. ſ. fideles xp̄iani. vt ſint apti ad coꝛpus xp̄i veruʒ De ep̄atu aūt an ſit oꝛdo ē diuerſitas inter theologos ⁊ iuriſtas. Nā theologi dicūt eū nō eſſe oꝛdinē. Juriſte vō cōmuniter tenēt ꝙ ſit oꝛdo de q̄ Joh̄. and. in nouella ſixti notat pulchꝛe circa ꝓhemiū. Et hoc idē tenet doctoꝛ ſubtilis in. iiij. ſentētiaꝝ. di. xxiiij. arg ij. Jn q̄lʒ aūt oꝛdine caract̄ īpꝛimitur cum eis ꝑ epiſcopū poꝛrigitur liber cū foꝛma verboꝛū. accolito cū datur cādelabꝛū: ſubdiacono cū dat̄ calix vacuus cū alijs vaſis quorū vſus ē in ꝯfectōe eucharīſtie. Diacono ⁊ pꝛeſbitero q̄n ep̄s imponit manū capiti. et hec impoſitio ꝯfert plenitudinē grē. Tho. tn̄ dic̄ diſt. xxiiij. q. v. ar. ij. ꝙ' ſubdiacono imp̄mitur caracter in datione calicis tm̄ cui⁹ actus p̄ncipalis eſt circa vaſa tm̄ ⁊ nō circa cōtenta in vaſis. Un̄ nō pōt tāgere coꝛp⁹ xp̄i ſine neceſſitate magna. Sʒ actus diaconi nec eſt ſup vaſa tm̄ nec ſuper ꝯtenta in vaſis: q̄ ille ē ſacerdotis: ſed ē ſup coꝛp⁹ ꝯtētū ī vaſe tm̄. Unde eius eſt diſpēſare coꝛp⁹ xp̄i in patena ⁊ ſanguinem in calice. ideo poteſtas ei⁹ ad actū nō potuit ex

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

pmi p dationez vaſis tm̄ nec materie tm̄: ſ; exp̄mit̄ p actuz in h̄ q̄ dat̄ ſibi liber euāgelio rū ⁊ in hac datōe imp̄mit̄ caracter ſm Tho. vbi ſupra dicēs q̄ ptact⁹ iſte iſtrumētorū taliū ē de eſſentia ſacri: q̄ dr̄ accipe h̄ aut illud. Impoſitio aūt man⁹ nō eſt de neceſſitate ⁊ ſubſtātia hui⁹ ſacramēti. vt ō ſacramēt; iterādis. c. vlt. Et licet iſti caracteres i eſſentia diſtingātur. tū in fine vniuntur: q̄ ad vltimū caracterē p̄ſbiteratus. ſm Pe. in. iiij. di. xxiiij. q. ij. ar. j.. ⁊ Joh. pariſienſ. nō eſt credēdū q̄ caract̄ vnius ordinis p̄ſupponat caracterē alteri⁹ ordis. Nā vt dicit Tho. vbi ſupra in p̄mitiua eccleſia aliqui ordinabāt̄ ad p̄ſbiteros: qui tū p̄us inferiores ordines nō accepeīt ⁊ tū poterāt q̄ inferiores: ſ; hodie ſtatuit ecclia vt non ingerat ſe quis ad maiores q̄ p̄us in minorib⁹ officijs ſe nō humiliauit. ideo hoc eſt de congruitate ⁊ nō de neceſſitate. Et nota ſm Tho. in. iiij. diſt. xxiiij. q. ij. ar. ij. q̄ ep̄us p̄mo pparat ordinādos p tria. ſc; p bn̄dictionē p quaz diuinis officijs mancipātur. per manus impoſitionē: per quā datur plenitudo gratie p quam ad magna ſunt idonei ⁊ ſolis diaconis ⁊ p̄ſbiteris fit man⁹ impoſitio. tercio p vnctionez ad aliquod ſacramentū tangenduz qđ fit ſolis ſacerdotibus qui pprijs manibus tangunt copus xp̄i. Unde etiaz calix ⁊ patena vnguntur.

De accidētib⁹ huius ſacri.

**Et autem** ſciēdū q̄ illa dicūtur accidētalia ſacramēti q̄ reqrūtur de ɔgruitate ⁊ nō de neceſſitate ſacri. Cōgruū ē ḡ p̄mū vt nō ordietur q̄s ad ſacros ordines niſi habeat etatem legitimam. Etas aūt p ſubdiacono ē. xx annoꝝ. p p̄ſbitero. xxv. ⁊ ponitur in clemētina de etate ⁊ qualitate p̄ficiēdoꝝ. ca. generalē. Et vt notat Joh. anđ. in ca. ⁊ tui. de p̄bendis. lib. vj. in glo. iiij. non eſt opus ſeruare interſticia longa temporū in ordinibus ſuſcipiendis ſicut prius. vnde habens etatem legitimaz laicus in carniſpriuio poteſt cantare miſſaz i ſacerdotio ɔſtitut⁹ in feſto paſche. Si tamen quis in minori etate recipit hoc ſacramētū: tenet ſ; peccat ⁊ debet ſuſpēdi ab executōe ip̄i⁹ ⁊ ordinator a collatōe ordinū ⁊ cuz hoc p̄t ɔpelli vt ſibi puideat de aliq̄ bn̄ficio: vt de tēp. or.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ta.vel nō ē.Hoc eīm ꝙ quis i
pfectis annis diſcretiōis reci
piat ſacramentū ordinis. licʒ
ſm Thomā ſit ꝑter honeſta=
tem ſacramenti inſtitutuʒ.ita
vt iā ſit ex neceſſitate pcepti
non tamen eſt ex neceſſitate
ſacramenti. Unde ſi ordo ſa=
cer confert puero carenti vſu
ratōnis tenet ꝙtū ex vi ſacra
menti. Dicit tamē Tho. ꝙ in
illis ſacramētis vbi actꝰ ſuſci=
pientis reqritur:ibi vſus rō=
nis eſt de neceſſitate ſacramē
ti.ſicut iu penitentia ⁊ matri=
monio. Sʒ in quibꝰ actus ſu=
ſcipientis non requirit vſus
etiā rōnis non eſt de neceſſi=
tate ſacri ſicut eſt i ordine ſa/
cro vbi ſolū ſpūalis poteſtas
dat:⁊ iō vſus rōnis nō requi
ritur. Sciendū ꝙ licet laicus
ignarꝰ nihil ſciēs de lrā ordi=
nem poſſet ſacrū ſuſcipe ꝙtū
eſt ex vi ſacramēti.peccat ta=
mē grauiter epūs ꝯferēs tali
ordinē ſacrū: Nā dicit Tho.
ꝙ tenet ordinandꝰ ſcire qō p
tinet ad eiꝰ officiū.ſm magis
⁊ minus. Unī ſacerdos religi
oſus exq̄ recipit ptātē tm̄ ſup
corpus xpi verū cōſecrandi.
ideo ſufficit ꝙ ſolū ſciat illa q̄
requirūtur ad conſecrationē
corporis xpi. Curatus autē
vt plebanꝰ tenet plꝰ ſcire qr
ꝑmouetur ſuper corpus xpi
myſticum:qō eſt eccleſia. Unī
debet ſcire ea que ſpectāt ad
populū. Ad epm vō pertinet
ſcire etiā difficiles q̄ſtiones ſa
cre ſcripture Qō ꝗ dicit ꝙ de
ſubſtātia ſacri ordis ſunt elo=
q̄a dīna.vt dr. xxxviij. diſtin:
Oēs pſallentes.exponēdū ē
nō de ſubſtātia ordis ſꝫ de ſb=
ſtātia executōis.qr.ſ.tal' exeq̄
nō pt ſacrū ordinē niſi ſciat il
lud qō ad illū ordinē ſpectat
exequendū. Itē licet ſex tpa
anni ſunt deputata ad ꝯferē=
dū ordies.tñ hō nō ē de ſubſtā
tia ſm Ray .⁊ hō exp̄ſſuʒ.ē de
tēpo.or. Sane. Congruuʒ tñ
valde ē vt nō alijs niſi p̄dictꝭ
ſex tpibꝰ ꝯferant.ſ.q̄ttuor tpi
bus ſingulis.ſabbo ſitiētes.⁊
ſabbo paſche:vt dr di'.lxxv.c
vlti. Poteſt tñ epūs conferre
minores ordies diebꝰ dñicis
ſed non multis ne videat ge=
neralē ordinatōem facere:vt
de tempo.or.de eo. Ideo au
tem ſabbato ꝯferunt ſacri;or
dines:qr ſabbatum ſignificat
requiem p quod ſignificat ꝙ
qui ordinat ad ſacros ordies
irreuocabiliter tranſit de la=
bore in requiem. puta de la=
bore ſeculariuʒ negocioꝝ ad
requiem:ad vacandū ſpūali=
bus.vt dicitur.lxxxviij. diſti.
fornicari. Poſſunt etiā ꝯferri
ordines ſacri i die dominico

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mane. ita tamen ꝙ ordinād⁹ ꝛ ordinatoꝛ continuent ieiunium pcedentis ſabbati quia tūc mane dñice diei trahitur ad ſabbatū ꝑpter continuationē ieiunij: ſed hoc non faciat epus ſine neceſſitate: vt ſi forte infirmaret̄ ſabbato pōt differre in craſtinū. Et intellige de vno ꝛ eodeꝫ ordine nō de diuerſis. Nā nullus debet ſuſcipe duos ordies. vel miorem ꝛ vnum ſacrum in eiſdeꝫ quattuoꝛ tꝑibus. Pena autē ordinatoꝝ extra dicta tēpora eſt ſuſpēſio ab executione illius ordinis quē ſuſcepit vt de tēpo. oꝛ. c. ij. Poteſt tamē cū eis diſpenſari vt miniſtrēt impoſita eis penitentia vt in ca. Conſultationi. ibideꝫ. Ordinatoꝛ vero debet ꝓuari auctoritate ordinandi: vt ibidē patet.

De cautelis hic obſuādis

Primo caueat epiſcop⁹ ne ordinet alienū clericū vel laicū: vt de tempo. oꝛ. cuꝫ nullus lib. vj. Quod ſi fecerit ꝑ annū a collatione ordinum eſt ſuſpended⁹. Et iteꝝ clerici ſui abſq̧ licentia ſua a vicinis epis poſſunt ordinari: vt patet de tēpo. oꝛ. li. vj. Clerici vō q̄ ſine ꝓprij epi licentia ordinātur ab executiōne ordinū ſuſpendant̄. tñ eps poteſt cū eis diſpenſare. ix. q. ij. lugduneñ. de tempo. ordi. ꝙ trāſlationē. Secūdo caueat epiſcopus ne ordinet aliquē ad ſacros ordies ſine titulo: alꝰ ſolus ei ꝓuidere tenebitur de beneficio. Tertio caueat ne ordiet ꝑ ſymoniā: vt de ſymonia. ꝑ totū. nec ſol⁹ epus ſꝫ etiam notarius nō debet formatas vendere. de ſymonia. c. j. Quarto caueat ordinād⁹ ne recipiat ordinē aliquē ab epiſcopo queꝫ ſcit ſymoniace in ordine ſuſceptum: ſiue ſit occultū ſiue manifeſtū: qꝛ nō recipit executionē. ꝛ indiget diſpenſatione. j. q. j. qui a ſymoniacis. Dicit tamen Tho. ij. ꝺ q. viij. ꝙ ſi eſſet ſymoniacus alia ex cauſa poſſꝫ ab eo recipe ordies dūmō ſit occultum qꝛ talis eps nō ē ſuſpēſus ad alios ſed ad ſe tantū. Quito caueat ordinād⁹ ne tpe ordinationis ſit i pctō mortali. nā mortalit̄ peccaret. di. xl. multi. Et idem ſctūs Tho. in. iiij. di. xxiiij. Nec talis poteſt vti ordine ſic ſuſcepto ſꝫm ipſum qꝛ facit ꝯtra pceptū illō. Deutero. xvj. Juſte qō iuſtū ē exequaris. Unde talis quotiēs talem actū exercet ſemꝑ peccat mortaliter. Dicit tñ Tho

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

mas ibidẽ ꝙ ſubdit⁹ hmõi or dinati ĩ pctõ mortali tenetur ab eo recipere ſacr̃m ſi eſt oc cultuȝ: ⁊ hoc q̃diu toleraẽ ab eccl̃ia. Tñ dicit idẽ. Nõ eſt tu tum talem ad aliquẽ actũ ſui ordinis exeq̃ndũ ĩducere du rante ꝯſcientia ꝙ iſte ſit ĩ pec cato mortali: quã tñ depone re poſſet: q: in inſtãti hõ poſ ſet a diuina gr̃a emendari. Sexto caueat cleric⁹ ne ordi netur ſine examine. al's dr̃ fur tiue ordinat⁹ ẽm Hoſtien. vt lxiiij. di. extra conſciam: nec ꝓſunt ei formatorie. ſi tñ ẽ di gnus ⁊ notus nihil obeſt: q̃a tales nõ ſũt examinãdi. Ar chid. xxiiij. diſt. c. nullus. Sȝ ſi eſt indign⁹ deponi dȝ. de cor pore viciatis. Expoſuiſti. Si etiã ſit ignot⁹ q̃uis dign⁹ de poni dȝ. xxiiij. di. ca. vl. ⁊ mul to forti⁹ ſi eſt indign⁹. l. di. ex penitentib⁹. Debȝ etiã cõ fiteri publice epõ ſuo crimĩa ſeu notoria impedimẽta iur͡ vel facti. vt ibidẽ dr̃. Si autẽ ſubticet talia etiã poſt pn̄iaȝ ĩpediũt executionẽ. Nec eti am ſuſcipiat aliquẽ ordinem ſupiorẽ obmiſſo inferiori: q: hoc eſt ꝑ ſaltuȝ ꝓmoueri. Et talis dȝ deponi: ſi hoc faceret ex malicia: ſec⁹ ſi ex ĩg̃rantia vel negligẽtia. di. xlviij. ſicut olim. Ex diſpẽſatione tñ epi. ad obmiſſũ ordinẽ p̃t ꝓmo ueri. ẽ in ſuſcepto p̃us nõ mi niſtrabit. Daẽ aũt gr̃a gratuȝ faciẽs in hoc ſacr̃o q̃ neceſſa ria ẽ nõ ſolũ ad digne ſuſcipi endũ ſacr̃m: ẽ etiaȝ ad digne miniſtrandũ ẽm Tho. ⁊ Pe trum in. iiij. di. xxiiij.

## De ſacr̃o matrimonij.

PRopter for nicationem habeat quiſqꜫ vxorem ſuaȝ j. ad Chorin. vij. ⁊. xxxij. q. ij. ca. his ita. Licet matrimoniũ in ſtatu innocẽtie ſit inſtitutũ in officiũ nature. ħ ẽ in ꝓpa gationẽ ⁊ multiplicationẽ ꝓ lis ad dei cultũ: q: tñ natura lapſa viciata eſt ex originali pctõ. adeo vt falceȝ ꝓpriã in meſſeȝ nõ vereaẽ mittere alie nã. q̃rẽs ĩdifferẽter quãcũqꜫ feminã cũ q̃ fornicatõnis ex pleat pctm̃. Jdeo magn⁹ do ctor gẽtiũ p̃dicator ⁊ rector ꝓ uidẽs de remedio dicit: vt ꝓ pter fornicatõem euitandam vnuſqꜫ habeat vxorẽ ſuaȝ ꝑ q̃d dãnat pctm̃ fornicatõis ⁊ cõmẽdat ſtatũ m̃rimonij cõ iugal. Jn q̃b⁹ v̇bis p̃mo apo ſtol⁹ ſuadet vitare fornica ti onẽ. ibi ꝓpẽ fornicatõeȝ. ſc̃do ꝯſulit remediũ adhibitõeȝ: q: habeat vxorẽ ſuã. Per p̃mũ damnatur error illoꝝ qui di

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cunt ſimplicē fornicationem nō eſſe pctm̄ allegātes ſctōs pr̄es ſcʒ Abrahā Jacob Dauid ꝛ alios qui habebāt ↄcubinas: nec tamē illa fornicatio iputata eſt ad pctm̄. Quibus reſpōdetur ſm Tho.in. iiij.ſentētiarū.di.xxxiij.q.iiij qꝛ q̄libet fornicatio extra matrimoniū q̄ tollit debitā ordinationē parētis ad ꝓlem quā natura ex cōcubitu intendit eſt pctm̄.ideo ſm ipm̄ ſine dubio ſimplex fornicatio ē peccatum mortale.etiā ſi lex ſcripta non eſſet. qd̄ eſt multum notabile. Ubicunq̧ aūt legimus aliquos pr̄es habuiſſe cōcubinas illud fuit ꝑ ſpeciali diſpenſatione ſpūſſancti. ꝛ ad deſignandū aliqd. Hoc ei qꝫ filij Jacob ex liberis ꝛ ancillis fuerꝫ heredes deſignat qꝫ xp̄o in baptiſmo naſcūtur filij ꝛ heredes ꝑ bonos ꝛ malos miniſtros. Sic etiam alia oīa in predictis pr̄ib⁹ ad myſteriū ꝑtinent.vt habeꝫ lati⁹ xxxij.q.iiij.c.j.ij.ꝛ.iij. De quo cui placet ſufficienter informari videat notata mea ſup vj. precepto.ſ. Nō mechaberis. Per ſcd̄m damnaꝫ bigamia cū dꝛ habeat vxorem ſuam.ſi ſic vnā tm̄. nō plures ſimul Un̄ ſaluatoꝛ repetēs illō Geneſ.ij. Erūt duo in carne vna. Math.xix.dicit. Itaq̧ iam nō ſūt duo:ſ vna caro

De ſponſalibus hic prius agitur.

Circa iſtud ſacrm̄ ꝑmo videndum ē de ſubſtantialib⁹.ſcd̄o de accidentalib⁹ tertio de cautelis. Quātuʒ ad primū ſciendū qꝫ q̄dā ſunt accidentalia matrimonij. ſcʒ ſponſalia.ꝛ ideo de ipſis primo videndū eſt.ſcd̄o quid ſit matrimoniū. tertio q̄ requiruntur ad matrimoniū: quarto q̄ impediūt ipm̄. Quātuʒ ad ꝑmum ſpōſalia ſm Franciſcū de ſarabellis ſup rubrica de ſponſalib⁹ ſic diffiniunꝫ ſūt futurarū nuptiarū ſeu matrimonij ꝓmiſſio. Et diffinitio illa trahiꝫ ex canone. xxx q.v.noſtrates. Dicunꝫ a ſpōdeo.des.qꝛ vt dic̄ Gaſpar de caldarijs.qꝫ olim ſponſus et ſponſa mittebāt cautiones q̄bus ſpondebāt ſe in iura matrimonij conſentire. ꝛ fideiuſſores dabant q̄bus id ſe obſuaturos obligabant. Ūnq̧ etiam ſponſalia dicuntur matrimoniū.ſ tunc debent intelligi ſi ſunt ſponſalia de p̄ſenti. Et fiunt ſponſalia quattuoꝛ modis. Primo nuda ꝓmiſſione.vt cū dꝛ: ꝓmitto te du-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

cere in vxoꝛē. Scđo datis ar ris ſponſalicijs: vt pecunie vł alteriꝰ rei. Tertio annli ſub= arratione. Quarto interue= niente iuramēto: vt cuꝫ alter alteri iurat dicēs. Juro ꝙ te in vxoꝛē ducere volo. Quo= modocūꝙ ǧ quis iſtoꝝ quat tuoꝛ modoꝝ ꝓmittit ducere aliquā ⁊ poſtea nō curat pec cat moꝛtalr: niſi legitimū im/ pedimentū interueniat. Sciē dum tñ ꝙ ſi ſponſi ſibiīnuiceꝫ diſplicent ⁊ diſſentiūt ſi ſpon ſalia nō fuerint iurata poſſūt ſe mutuo abſoluere. Un̄ no= tant doctoꝛes in c. ꝑterea. de ſponſalibꝰ. vbi inter ceteros Jacobus de alberga notat ꝙ qñ eccłia videt ꝙ ſpōſi ſibiīn= uicē diſplicēt dꝫ diſſimulare: id eſt nō dꝫ cogere ſponſum ⁊ ſponſaꝫ ad ꝑficiendū matri moniū ꝓpter malū qđ poſſet inde ꝑuenire. ſ. vxoꝛicidiū vł mutua adulteria ꝯtrahentiū. Et h̄ placet Caſpar. Si autē tñ alter diſſentit dicit Goffre dus ꝙ ex q̄ alter diſſentit diſ/ ſentiens ꝑciſe cōpellit̄ donec in eodē ſtatu ꝑmanet. ſ ſi cuꝫ alio ꝯ̄erit ꝑ v̄ba de preſenti ceſſabit coactio Idē vult In nocē. ti. de ſponſalibꝰ. An au tem ſponſalia iurata poſſunt mutuo partiū diſſenſu diſſol- ui: licet antiq̄ doctoꝛes dubi= tent de h̄: moderni v̄o expe= dierūt iſtum caſum. Un̄ Uin centiꝰ in ca. ꝑterea de ſpōſali bus. ponit diſtiguēdo an iu= ramētū dirigat̄ in deū an i ho minem. Primo caſu nullꝰ p̄t abſoluere: niſi deꝰ. Scđo ca= ſu: hō cui iurat̄ pōt abſolue= re. Tūc aūt dirigit̄ in deū ſm Jo. an. qñ is q̄ iurat magis i/ tendit placere deo ꝙ̄ hoībus ſiue ſit i faciēdo aliq̄d merito rium ſiue in abſtinēdo ab ali quo illicito. Exemplū ꝑmi iu raui abbati intrare monaſte= rium. h̄ em̄ tm̄ deum cōcernit nō abbatē. Un̄ abbas nō po teſt me abſoluere a iuramen to. Similiter iuraui nō occi= dere hoīem ⁊c. Ad hoīem au tem tunc dirigit̄. ſi iuraui tibi ſcribere libꝛum. ab hoc em̄ tu potes me abſoluere: quia te ſoluꝫ ꝯcernit hoc opus. Licꝫ em̄ oē iuramentum cōcernat deū ꝑncipaliter qꝛ ꝑ religio= nem ꝓmittit̄: tñ qꝛ ꝯcernit cō modū eius cui iuratur p̄t ab eo dimitti. de iureiurādo. c. j. Idem etiam tenet Caſpar di cens. ꝙ ſponſalia etiam iura ta mutuo diſſenſu tollunt̄. qꝛ ſublata obligatione ſublatuꝫ eſt iuramentuꝫ. ſicut dicit̄ de ſtatuto ⁊iurato. ⁊ notatur de prebendis. dilecto. Facit ad hoc regula. qđ fauoꝛe. lib. vj.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Et notat̃.xxxj. q.iij.c.j.i glo. penultima. vbi dicitur ꝙ parentes ſicut poſſunt frangere ſponſalia filioꝝ:ſic ⁊ iuramẽta remittere. Concludo ergo ⁊ dico ſm Franciſcũ de ſarabellis ꝙ ſi aliqs iurat ſponſe eius intuitu põt ſponſa ipm abſoluere. ſecꝰ ſi intuitu dei ſeu ob pietatẽ:vt cum ſpõſus eſſet diues ⁊ ſponſa pauperrima. Tamẽ dicit Franciſcus ꝙ etiã in hoc caſu poteſt euz ſponſa abſoluere. qꝛ licet iurauit intuitu dei.tñ exquo cõmodũ cõcernit ſponſam ipſa põt remittere ꝑdicta. ⁊ ſic generaliter obſeruat̃. Nã eccleſia ſe non intromittit de ſpõſalibus de futuro. nec ad inſtantiã alteriꝰ partis. Ambobus ergo diſſentiẽtibꝰ etiã ſi iuraſſent mutuo ſe poſſũt abſoluere. Et nota ꝙ etas ſeu tempꝰ ꝯtrahẽdi ſpõſalia vtrobiqꝫ eſt ſeptẽnium. Vnd̃ ſpõſatio q̃ fit in quiqꝫ vel ſex annis nulla eſt:vt de deſponſatione impuberũ.litteras. Nã ex talibus ſponſalibꝰ inducit̃ publice honeſtatis iuſticia. Eſt aũt publica honeſtas ſm Franciſcum in ca.iuuenis de ſpõſalibꝰ impedimẽtũ quod nec ex ꝯſanguinitate: nec ex affinitate ꝓcedit. ſ ex q̃dam honeſtate q̃ in matrimonijs ꝯſideranda eſt: vt ille q̃ ꝓus ꝯ̃xit ſpõſalia cũ aliq̃:ipa mortua nõ ducat aliã conſanguineam ipſius infra q̃rtum gradum. vt in c.ad audientiam vt deſponſalibꝰ.c.j.li.vj. Ratio aũt huius cõſtitutionis ẽ qꝛ experiẽtia docuit graues rixas ⁊ inimicicias inter conſanguineos oriri: qñ vni deſponſatã aliquis de cõſanguinitate ſponſi ꝓcurat habere. Similiter qñ quis cõſanguineam ſponſe ſue ipa mortua cũ qua nondũ ꝑfecerat matrimoniũ vult ducere non eſt honeſtũ.cũ ꝑ hoc q̃ſi duo cõſanguinei vident̃ vni mulieri copulari.qđ honeſtas ꝓhibꝫ. Verũtñ ius cõmune eſt ꝙ ſi quis deſponſat puellam ante ſeptez annos ſi interim ipe moritur poteſt eã frater ſuus ducere. Similiter ſi moreret̃ illa puella ante ſeptimuz annum vir duceret eius ſororẽ aut matrem. Et hoc totũ habes de deſponſatione impuberũ.litteras. Sunt aũt octo caſus in q̃bus ſoluuntur ſpõſalia. Primꝰ ſi alter ſponſoꝝ poſt deſponſationem trãſeat ad religionem:qđ etiam poteſt facere ꝯtracto matrimonio ante copulã carnalẽ: tũc eniꝫ mulier poteſt alteri nubere quaſi poſt mortem viri:

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quia religio eſt quedā mors ſm Tho. in. iiij. di. xxvij. q. iij Scd'us quādo ſponſus ſe abſentat ꝑ lōgū tp̄s ſponſa cū alio pōt contrahere. Tertius ſi alter eoꝝ incurrat lepram vel paraliſim. Quart⁹ ſi ſupuenerit affinitas vel q2 ſponſus cognouit cōſanguineam ſponſe. Quintus ſi mutuo ſe abſoluūt. Sextus ſi alter eorum fuerit medio tēpore fornicatus q2 tunc redditur alteri ſuſpect⁹ de fide poſtea ſeruanda. Septimus ſi ſponſus cū alia cōtrahit ꝑ verba de p̄ſenti vel etiā de futuro cū copula carnali. Si tn̄ contrahit cū p̄ma ſine iuramento. cū ſecunda cū iuramento dꝫ adherere p̄me: ⁊ penitere de ꝑiurio. Octau⁹ qn̄ q̄s ipubes cōtraxit ſpōſalia ⁊ venit ad etatem adultaꝫ ⁊ petit abſolui a vinculo ſpōſalium: ⁊ ſibi dari licentiā nubēdi. In oīb⁹ autē iſtis caſib⁹ debēt ſpōſalia auctoritate eccl'ie abſolui p̄terq̄ꝫ in p̄mo quito ⁊ ſexto. in q̄bus ſoluuntur ip̄o iure. Addit etiam nouū caſum. Hoſti. ſ. ſi fama eſt ꝙ inter eos eſt canonicum impedimentum.

De diffinitiōe matrimonij.

Conſequēter de m̄rimonio ſciendum ꝙ ipſum ſic diffinit̄ Matrimoniū eſt viri ⁊ mulieris coniunctio indiuiduā cōſuetudinē vite retinens. Iſta diffinitio tradit̄. xxvij. q. ij. ca j. Per hoc qd̄ dr̄ viri ⁊ mulieris excludit̄ vir cum viro. vel mulier cū muliere. vel vni⁹ viri cū multꝭ mulierib⁹: q2 talis ꝯiūctio nō cauſat m̄rimoniū ſed peccatū. Dicit̄ etiā cōiunctio. ſ. amoris ⁊ matrimonialis. Dicit̄ etiā indiuiduam vite conſuetudinē retinens qd̄ eſt tantū dicere ꝙ neuter eorum abſqꝫ alterius conſenſu poteſt cōtinentiaꝫ ꝓfiteri vel orationi vacare: nec ſe alteri copulare: ſed ſibijnuicē ſeruare fidem ⁊ debiti redditioneꝫ mutuā. Similiter debent eis mutuo ī neceſſitatib⁹ ꝓuidere ⁊ ſubuenire inuicē. Et hoc intelligendū eſt totū de m̄rimonio copula carnali ꝯſūmato. q2 nō ꝯſummatū tali copula poteſt ſeparari ꝑ ingreſſuꝫ religionis. vt de ſpōſalib⁹ cōmiſſum. Intelligitur etiā hoc de matrimonio fideliū: q2 matrimoniū ifideliū poteſt ſeparari altero trāſeunte ad fideꝫ Ratio aūt beati Tho. in. iiij diſt. xxiiij. q. j. Quare cōiunctio matrimonij eſt inſeparabilis vſqꝫ ad mortē inter homines ⁊ nō inter alia aīalia ē

hec. Quia alioꝝ animaliū fi
lij poſſunt ſibi victū ſtatī ha
bere vel ſaltē ad eoꝝ ſuſten=
tationē vnū ſufficit ſicut ē de
vacca equa aſina ⁊ ſimilibus
⁊ ideo ibi nō eſt certa ꝯiūctio
certi maſculi ad certā feminā
nec etiā neceſſaria diuturna
cōiunctio. eo ꝙ femina i eis
ſufficit ad educandū fetū ſine
maſculo. In his aūt quoꝝ fi=
lij indigent vtriuſqꝫ.ſ.taꝫ pa=
tris ꝙ̄ matris ſuſtētatione a=
liud eſt. Similiter vbi inueni
tur aliqua determinatio ꝙ̄tū
ad tp̄us ſuſtentationis ⁊ edu
Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝓ honore xp̄i vel fide vel ſtatu eccleſie: nō fit irregularis. etiā ſi mors inde ſequat̄. xxj. q. j. ſunt q̄dam. xj. q. iij. nō ſolum. Hac ratiōe excuſantur inq̄ſitores heretice prauitatꝭ. ſciētesq̨ ſtatim poſtq̄ȝ aliquē ꝓnunciauerint hereticū eſſe ille morti tradet̄. hoc etiā al's multipliciter ꝓcurando. Ad hoc etiā accedit. xxiij. q. viij. legi. ⁊ q. v. Si audieris. Illi tn̄ clerici q̄ portauerūt ligna cauſa indulgentiarū ad hereticos cōburēdos irregulares ſunt: nec cū eis diſpenſat̄ niſi per papā. Sedecima regula. Dans operā rei licite. vtputa edificando eccleſiā vel domum adhibita omni diligentia quā potuit habere: ſi occidat aliquē caſualit̄ nō efficit̄ irregularis. Si tn̄ dat operaȝ rei illicite. nec adhibuit oēm diligentiā quā debuit fit irregularis. vt de homici. lator. ⁊ c. ex litteris. ⁊ c. ſi dignū. ⁊ ca. preſbiterum ⁊ c. continebat̄. ⁊ ca. ad audientiā. Hinc ē q̨ medico operanti ſm̄ regulas artis ſue non imputatur ei ſi quis ſub eo morit̄. ſ ſi negligentiā commiſit ꝯſulit̄ ſibi vt non ꝓmoueat̄ ad ordines. ð q̄li. ordi. ad aures. Sed q̄d de illo medico qui ꝟtit infirmuȝ ad aliud lat⁹ vt citi⁹ moriatur. Rn̄deo q̨ irregularis eſt tā ip̄e qui fecit q̄ȝ ipſe qui ꝯſuluit: ſi ex h̄ mors fuit ſubſecuta: q2 forte via anhelitus precluditur: vel apoſtema rūpitur ex violētia motus: vel ſuffocatur. Si aūt non citius moritur ex hac cauſa: non fit irregularis: ſ penitere debet de facto. Deciaſeptima regula. Non ſolū ē irregularis q̄s ſi ex ei⁹ ꝑcuſſione eſt mortu⁹ aliq̄s: ſ etiā ſi ex hac ꝑcuſſiōe ifirmitatē ꝯtraxit vn̄ mortu⁹ ē: vt de homici. ꝓſbiter. ⁊ ca. ad audientiā. ⁊. l. dj. di. ſtudeat. Deciaoctaua regula. Defendēs ſe i caſu euitabili ⁊ occidēs aliquē irregularis ē. l. di. ſi q̄s viduā. ⁊ talis ad ſuperiora nō aſcendat. ⁊ in ſuſceptis nō facile diſpēſat̄. Sȝ ſi neceſſitas fuit ieuitabilis dat̄ ꝯſilium ei vt nō miniſtret. l. di. de his clericꝭ. nō tn̄ ꝓpt̄ h̄ deponit̄. imo i ſuo ordine adminiſtrās tolerat̄ ð iure coi abſq̨ diſpēſatōe ſm̄ Laurē. l. di. q2 tua. Sic loq̄tur de homi c. ij. ꝑut ꝓſeq̄t̄ ibi Hoſt. Et q̄daȝ dicūt ep̄ȝ poſſe in tali caſu diſpēſare. lȝ h̄ nō poſſit ſm̄ Jo. de deo qui dicit ſolū papā h̄ poſſe. Hodie dicit̄ ſimpliciter irregularitatē nullam incurrere ille qui ꝑſonā ſuā defendendo in caſu ieuitabili occi

dit.de homi.ſi furioſus.i cle. Decimanona regula. Infãs furioſus cõmittẽs homicidiũ nõ ẽ iregularis.vt in cle.ſi furioſus.de homici. Idẽ eſt de dormiente ſi aliquẽ occidat q̃ tñ nõ habuit ꝓpoſitũ occidẽdi eũ. Uigeſima regula. Potens hoiem liberare a morte ⁊ nõ faciẽs irregularis ẽ.qꝛ q̃ põt defendere ⁊ nõ defendit: occidit.de homici.ſicͣ dignuꝫ. qꝺ intellige ſm glo.cap.iij.de ſen.ex.de ill ad quẽ ex ꝑtãte:ex officio vel dignitate ꝑtinet realiter defendere. ⁊ non ſimpliciť de quocũqꝫ. vbi dicͣ ibidẽ glo. ꝙ ſi ego nõ habeo aliquã ꝑtãteꝫ: video ꝙ aliq̃s vult verberare clericum ſine auxilio meo aut ꝯſilio nõ credo ꝙ ſum excoĩcatus ſi nõ ꝓhibeo illũ:lꝫ alˢ forte peccem qꝛ nõ defendo cũ poſſem. Uigeſimapͥma regl̃a. Retrahẽs a ꝓpoſito liberãdi homiem a morte irregulariſ eſt.qꝛ q̃dam modo indirecte homicidium cõmiſit.l.diſt.ſi q̃s viduã. ⁊ ꝺ pe.di.j.ꝑiculoſe. Uigeſimaſecũda.ꝑcutiẽs aio occidẽdi latronẽ ſi ex aliq̃rũ vulneribus latro obijt: irregularis eſt vt colligiť de homici.ſignificaſti rñ.j. Ideꝫ etiã ſi nõ ꝑcuſſit:ſꝫ aliquid opis impẽdit in mortem eius: puta qꝛ latronẽ detinuit:vel ꝯ euꝫ clamauit. alˢ aũt ſi clamaſſet ꝯ eum non in morte ei⁹ ꝫ ꝙ caperet vel detinuit eũ. vel ſe leuẽ extẽdit. irregularis nõ ẽ de morte ei⁹ vel etiam fit in neglectu alˢ ſi malicia ei⁹ ꝑpetreť homicidium. ⁊ idem ſi negligentia ei⁹ committať.l.diſt.hi qui Et iõ ſi clamat ꝯtra latronẽ ſiue eũ capiat ſi alˢ quocũqꝫ mõ potuit itelligere ex clamore ſuo vel alio actu homicidiũ ſequi irregularis eſt:niſi forte faciat ꝓpter periculum corporis ſui: vt ſi videt ꝙ aliq̃s eũ occidere vult. tũc eñ põt bene inuocare ⁊ clamare pro auxilo qꝛ nõ intendit in alioꝝ mortẽ ꝫ in ſuã liberationẽ.ſecus ſi h̃ faciat ꝓpter periculũ rerũ ſuaruꝫ ſi fuge preſidio euadere põt.de homi.ſuſcepim⁹. Uigeſimatertia regula. Cleric⁹ ligãs cũ ſocio latronẽ ſi poſtea timens ne occidať a latrone ipſe poti⁹ occidit eũ irregularis eſt.de homici.vbi ſupra. Uigeſimaq̃rta regula.ſi clericus nõ valẽs aliter recuperare res ſuas tenet furẽ nec cũ reb⁹ fugiat donec eũ exhibeat iudici vel eius auxilium inuocet ad res ſuas recuperandas:nõ eſt irregularis. licet poſtea fur a iudice puniatur.dũ intẽtio eius nõ ſit cor=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

rupta intēdēdo ad furis mor tē vel mutilationē ꝛc. Idē di cēdū ē ſi cleric⁹ credit vel tra= dit ſecularꝭ ꝑtāti latronez pe- tēs ꝙ eū puniat citra ſangui/ nis effuſionē. vel petēs rē ſb- tractā ſibi reſtitui ſi ꝑtās i la- tronem aīaduertat. i. puniat eū morte: nō ꝓpꝫ hoc cleric⁹ erit irregularꝭ. vt de homici. delatoris. li. vj. nec etiā nocet illi ſi ad cōuincēdū latronem tradidit interſignia. Et idē ſi ſimplr̄ deponit qrelā de iniu/ riantib⁹ ſibi ꝛ eccl'ie ſue ꝙuis tales vix abſqꝫ ſanguis effuſi one valeāt coartari. de homi cidio tua nos. §. vlt. ꝛ. c. poſtu laſti. xxiij. q. iiij. maximian⁹ ꝛ q. v. c. v. ꝛ. c. vnū ꝛ. c. pena. Et hec oīa ꝟa ſūt qn̄ nō intendit ad mortē: nec h̓ in aīo gerit. ꝫ ꝓteſtatur publice ꝙ citra ſan guis effuſionē caſtigetꝰ nō ē ꝫ irregularꝭ curialiter agens ꝯ furē nō criminalr̄ ad mortem vel ſanguinē. lꝫ eū iudex cā ꝓ babili ſuſpēdet ab officio ſu o vt ō homici. poſtulaſti. Ex q̄ vlteri⁹ pꝫ ꝙ null⁹ notā irregu laritatꝭ icurrit q̄ ꝓ extortores ſiue exactoreſ alicui⁹ curie cu rauit aliquē capi ꝓpꝫ delictū tale ꝓpꝫ qꝺ nec mori nec mu tilari poſſꝫ. lꝫ iudex iueniens eū alia cōmiſiſſe ꝓpꝫea ſuſpē dit eū. ſi tn̄ nec ille crediderit: nec cogitauit illꝺ ꝯtigere poſ ſe. Uigeſimaqnta regula. Si iudex officialis inſeqꝰ furē fu giētē ꝛ qrit a me vtrū viderim illum. ꝛ ego ſciēs ꝙ fur ille ad mortē qritꝰ iſtruo eū. ſi ꝑ meā rn̄ſionē fur inuēt⁹ ē ꝛ occiſus ſuꝫ irregularis. Secus ſi nec ſciui nec ſuſpicatus ſuꝫ ꝙ ad mortē vel penā ſanguis qritꝰ vn̄. Aliꝰ in caſu h̓ cū aliquis ſcit aliquē ad mortem fugere niſi ꝑ alterā de duab⁹ vijs nō ꝺꝫ dicere ꝑ hāc nō fugit qꝛ ſic ꝑderet eū ꝑ alterā fugientez ꝫ aut taceat aut qrētē curiali ter euadat: dicēdo nūqd ego cuſtos illi⁹ ſuꝫ. vel alio modo Uigeſimaſexta regla. Si cle ricus q̄ egit ad res ſuas recu pandas ex poſt facto ratū hꝫ ꝙ ſuſpēſus latro eſt ꝛ hoc ſibi placet. ſi talis nullū cōſenſum habuit i mortē illi⁹ nec quicꝙ̄ coopatus ē nō ē irregularis ꝫ vvilhelmū ꝛ hoc ſi gaudet ꝙ maleficiū ē punitū nō autē pſona. cū ſm ipm irregulari= tas ex homicidio ſolo nō cō= trahitꝰ niſi culpa vel voluntas ꝑcedat vel ſcādalū ſequatꝰ. vt notatꝰ. l. di. hi q̄. ꝛ de homici. ex lr̄is. ꝛ. c. verūtn̄. Hodie ꝟo iure cautū ē ꝙ ſi qs abſqꝫ mā dato meo. manus iniecit i cle ricū meo noīe violentas. ſi h̓ ratū habeo excōmunicatōis

canonē incurro. ꝛ h ꝓpter ra
tihabitionē q̄ retro trahit et
mādato cōparat. Si aūt hoc
meo noīe nō eſſet factū. lȝ ra/
tum haberē peccarē: ſ nō in=
currerē excoīcationē vt dr ex
preſſe i c. cū q̄s. d ſen. ex. li. vj
Ut intelligas pono tibi caſū
Aliq̄s amicus vel ſuitor tu⁹
ſciēs aliquē clericū tibi feciſſe
iniuriā vbalē vel realē pcuſ=
ſit: quē tu poſtea receptando
magis amicū habuiſti vel ga
uiſus es. ꝛ hoc factū cōmēda
ſti vel laudaſti tu es excoīca=
tus ꝓpter ratihabitionē acſi
mādaſſes. Sȝ vn⁹ extrane⁹ p
cuſſit clericū. ꝛ tu audiēs q̄tū
habes ꝛ gratularis de hoc. lȝ
nō es excoīcat⁹ tn̄ peccas ad
minus venialiter ſm Jo. an.
in nouella ſupradicti ca. cum
quis. li. vj. Uigeſimaſeptima
regl'a. Si q̄s mādat capi vnū
clericū de trib⁹ ſimul incedē=
tib⁹: ꝛ alios duos nō graua/
ri. ſ mādatari⁹ excedit fines
mandati alios duos capiēdo
iſte mādās nō erit excoīcat⁹
ſm Jo. de deo. li. iij. ſuarū q̄=
ſtionū. q. xiiij. Et rō eſt q2 ca=
ptio ꝯtra volūtatē eius ē fa=
cta. Petrus tn̄ de ſamprana.
al's ſanſona putat ꝙ de dāno
tenet q̄ illi paſſi ſunt. de iiu=
rijs. c. fi. xxiij. q. viij. ꝓpterea
Ex hoc infert per ſimile de ir
regularitate: ꝙ irregularitas
rōne homicidij nō ꝯtrahit ſo
la volūtate: niſi hō actu occi=
dat. de homici. ſicut dignū. §. j
vbi de h. in glo. ex corde. xv.
q. j. ſi quis nō irat⁹. Sed nec
fit quis irregularis ꝓpter ſo
lum homicidiū: niſi culpa vel
volūtas p̄cedat. vel al's ſeq̄t
ſcandalū. vt notat. l. diſt. hi q̄
p̄oris. de homi. ex litteris. de
clerico egroto. tua. Ex h di/
cto ſoluitur q̄ſtio q̄ q̄ritur an
clericus qui volebat interfi=
cere hoīem ſ nō potuit q2 in=
uenit eum iam mortuū. q̄ vo
lens nihilominus ſatiſfacere
ire ſue amputauit caput mor
tui. Dicendū ꝙ licet volūtas
occidendi fuit tamen non eſt
irregularis ſm Archid. xv. q.
j. ſi q̄s. Nō q2 ad hoc ꝙ homi
cidiū cōmittat requirit ꝙ hō
aīatus occidat. de homi. ſicut
dignum. xxij. q. ij. Moyſes.
vbi aborſus fet⁹ inaīati non
iputat ad homicidiū. ſicut eti
am notāt Aluar⁹. Inno. Ber
nar. de homici. ſi aliq̄s. Uige
ſimaoctaua regl'a. Si quis in
rixa mortu⁹ ē. neſcitur tamē
quis illum interfecit: licet ſm
quoſdā ſcȝ Johēȝ omnes ir=
regulares ſunt q̄ ad ꝓmotio
nem ad ordines ꝓpter incer
titudinē. vt. xxiij. q. vlti. ca. ſi
tn̄ ꝓbabilius eſt ꝙ in tali caſu

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

quilibet ſue ꝯſcie ē relinquen
dus:ſʒ vvilhelmū in ſpeculo
⁊ hoſt.i ſumma.de homi.§.q̄
pena.Uigeſimanona regula
Si amici mei occidūt aliquē
mihi iiuriātē me iuito ⁊ cōtra
meā ꝓhibitionē mihi nō no=
cet.vt de homici.Petr⁹.iij.q
iij.q̄a ꝑſulatus.Idē eſt ſi me
ignorāte.de ſymonia.nob.⁊.
c.de regularib⁹.Sʒ ſi tributa
ſit.puta q2 nō expſſe cōſenſi:
nec ꝯdixi iputabit.ar.d̄ ſymo
nia.Mathe⁹.imo etiaʒ dicūt
q̄dā ꝙ ſciēs ꝯtractū de morte
habitū nō reuelaui:nō ſuʒ ir=
regularis:q2 homicidiuʒ non
cōmiſi facto mandato:ꝯſilio:
vel defenſiōe.l.di.ſi q̄s viduā
⁊ de homici.Petr⁹ Alij dicūt
ꝯtra ſi credidi ꝙ nō obſtante
mea ꝓhibitōe mei iuuitu iter
ficeret:⁊ h̄ eſt tenēdū.Nā in
tali caſu tenebar reuelare illi
ꝯtra quē ꝯtractū eſt.Trigeſi/
ma regula.Si aliq̄s vadit ad
interficiēdū aliquē:⁊ tu ei ſci=
enter ꝑſentias.nō tñ eū icitas
ad homicidiū ꝑpetrandū nec
cū eo ſup hoc aliqua v̄ba ha=
buiſti:vel ſi habuiſti ſemp ex
aio hoc ei diſſuaſiſti.ſ; cū nol=
let tibi acq̄eſcere timēs de ip/
ſo eū aſſocias eo ꝓpoſito.vel
ſi forte eū q̄s inquireret defē=
das ⁊ tūc homicidiū ꝑpetrat
vere irregula ris ē ſm hoſti.

ad q̄d facit de homi.ſicut di/
gnū.§.illi q̄.Trigeſimaprima
regula.Cleric⁹ miniſtrans ar
ma pugnātib⁹ ſi aliq̄s interfi=
citur irregularis eſt ar.xxiij.
q.j.Niſi bella.c.ſi.noīe autē
armoꝝ intelligūtur fuſtes la=
pides ligna ⁊c.Trigeſimaſe=
cūda regula.Judex eccleſia=
ſticus pōt hortari brachiū ſe
culare cōtra violātes ⁊ here=
ticos vel paganos:nō vt occi
dat vel mutilet:ſed vt de ter=
ris fideliū expellant.nec etiā
eſt irregularis ſi aliq̄ hincide
ſunt occiſi.xxiij.q.v.de occi/
dendis.⁊.xxiij.q.iij.maximi=
anus.imo ſm Inno.de homi
ci.petitio.licet aliquis i bello
iuſto aliq̄s ꝑcuſſerit:ſi tamen
inde nullus eſt mortuus:non
fit ex hoc irregularis.Idē ſi
quis accedit ad bellū iuſtum
cauſa pacificādi vel ex alia iu
ſta cauſa:lʒ ex ei⁹ ꝑſentia ali=
quod robur accreſcit ſuis.vt
timor icutiat aduerſarijs nō
eſt ſibi imputanduʒ dūmodo
dol⁹ ⁊ etiā lata negligētia ab
ſit oīno ſm vvilhelmū.Trige
ſima tertia regula.Cleric⁹ q̄
intereſt iuſto vel iiuſto bello
in armis vel ſine armis ſi aliq̄
ſunt hincinde interfecti irre=
gularis eſt:licet ipe nō occi/
dat.lj.di.ſi q̄s.xxiij.q.iij.porro
xxiij.q.vlt.q̄cunq3.j.q.j.ca.ſi

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Trigeſimaqta regula. Clericus defendēs ſe vel ſuos: licȝ tūc ex defendētib⁹ aliqs iterfectus eſt ex aliqua parte nō eſt irregularis: vt illi q̄ nō interfecerunt nec interfectores q̄ adiuuabāt ſunt irregulares lȝ voluntatē occidēdi habuiſſent: qꝛ lex ꝓmotōis factū requirit. xv. q. j. ſi qs nō iratus. Trigeſimaquita regula. Clericus in bello iuſto qd nō ad occidēdū: ſꝫ ad defendēdū geritur miſtrans ſagittā baliſtario ſuo ad ſui defenſionē. ſi ille baliſtari⁹ aliquē interfecerit. ſꝫ ille cleric⁹ nō intēdebat ꝙ ipe aliquē interficeret: ſꝫ ꝙ illos detinuiſſet ⁊ ſua defendiſſet aut recupaſſet non eſt irregularis ſꝫ vvilhelmū. Idē dicit de illo q̄ i bello iuſto prepoſit⁹ fuit exercitui ⁊ ſūptus facit ⁊ cūcta diſponit: ſi forte eū ꝯtigat lāceas vel ſagittas emere ⁊ miſtrare ⁊ ad exercitū vel ad cuſtodiā caſtri mittere. vel ſi hortaf ad currendū poſt hoſtes vt eis p̄da hominū vel aīaliū auferaf. ⁊ tūc forte aliqs iterficeref: dūmō ſolū itēdit ad recupatōeȝ prede nō ad vīdictā. talis ei cauſa remota nō nocet. Trigeſimaſexta regula. Qui mulieri facit ne ꝯcipe vel generare vł poſt ꝯceptū parere p̄t ⁊ q̄ pregnātē mulierē ꝑcutit. ita ꝙ facit abortiuū ſi fet⁹ iā fuit viuificat⁹ irregularis ē: ſed ſi nōdū fuit viuificat⁹: ſolūȝ mortalit̄ peccat. de homici. Si aliqs. ij q. v. ꝯſuluit vł ſi ꝓbabilr dubitat vł credit an ſit mortu⁹ vel viu⁹ fet⁹ ex illa ꝑcuſſione: vel vtrū ꝯcept⁹ fuit aīat⁹ vel nō. in tali dubio dȝ a ꝓmotōe ⁊ a miniſterio abſtinere: nec periculo ſe cōmittere. Si vo leuē vel temerariā habȝ opinionē deponat eā ſi pōt. ⁊ ſic poterit ꝓmoueri ⁊ admiſtrare. al's nō. ar. de ſen. excō. inquiſitio ⁊ de ſymonia per tuas. ij. Trigeſimaſeptima regula. Licet clericus aliquē occidēs ꝓ defenſione rerū ſuarū irregularis eſt. de homici. ſuſcepim⁹. vbi dꝛ poſt tunicā relinquēduȝ eſt palliū ⁊ melius eſt rerū iacturam pati ꝙ̄ ꝓ ſeruādis vilibus reb⁹ ac tranſitorijs acriter i alios exardeſcere. Clericus tū ꝑſonā ꝓp̄ā defendendo neceſſitate ineuitabili repellēs vim vi cū moderamīe inculpate tutele ꝑcutiens aliquē ſi inde mors ſeqtur non iputatur ei: vt notaf ī homi. ſignificaſti. ij. ⁊. iij. c. interfeciſti. Vn̄ dicit Archid. xxiij. q. iij. c. j. ꝙ cleric⁹ etiā interficere pōt vt nō interficiaf. argu. de fur. c. iij. dū tū hoc faciat ꝓ ꝑ-

p

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ſona ꝓpa. Hodie expſſe i cle. ſi furioſus. de homicidio. ⁊ di=co pſonã ꝓpriã. nã ſecus eſt ſm Jo. an. in nouella ſup cle=men. ſi furioſus. de homici. ſi nõ valens euitare mutilatio nez. lz mortem poſſet euitare mutilauit vel occidit aliquez inuaſorẽ. ⁊ idẽ ſi aliter nõ va lens ſaluare res ſuas eũ occi derit q̃ deportare volebat. ſe cus etiã ſm glo. dicte clemẽ. ſup. v̄. ſuo. de illo q̃ occidit il luz q̃ occidere volebat prẽm filiũ cõiugẽ vel pſonã coniun ctam quã aliter iuuare nõ po tuit. Qđ putat Jo. an. q̃ſi ca=ſus ille nõ includat̃ ſub neceſ ſitate ineuitabili. Intelligit̃ aũt neceſſitas ineuitabilis ſz Jo. an. ibidẽ ſup. v̄. nõ valẽs vt q2 iangulat⁹ erat. vel ſic ar tat⁹ ꝙ fugere nõ poterat: nec clamore iuuari. Intelligitur aũt cũ moderamĩe inculpate tutele ſi fiat ex incõtinenti, nõ ex iteruallo: ⁊ cauſa defẽſiõis nõ vltiõis: ⁊ ſi equaliter ſe de fendat ſicut infeſtat̃. vt ſi gla=dio pcutit̃. ⁊ ipẽ gladio percu tit: vel ſi lineo baculo et ipſe econuerſo baculo: aut ferreo baculo pcutit̃ ⁊ ipẽ ecõuerſo ne amplius pcutiat̃ ad mortẽ Si aũt pcutiat̃ paruo ligneo baculo a q̃ non timeat̃ mors vel depilat̃ vel p veſtẽ trahit̃ ⁊ ipſe repcutiẽs ferro occidit ſuũ inuaſorẽ irregularis ẽ q2 nõ eſt moderamẽ iculpate tu tele. debuit ei ſe moderate te nere ⁊ nõ exceſſiue vltra vio lentiam ſibi illatã. aut ſi pcuſ=ſus eſt ſemel ⁊ ſic dimiſſus ẽ. nec vlterius ſe credit pcuti ſi etiã incontinẽti repcutit ⁊ oc cidit irregularis ẽ. Nã nõ de bet occidere inuaſorẽ ex q̃ ab eo non credebat ſe occidi. vñ exceſſit in moderamine q2 ꝑ vna pcuſſione non letali occi dit. Hec oĩa colligũtur i glo. ſignificaſti. ij. de homi. Trige ſimaoctaua regula. Prelat⁹ ſpũalis hñs iuriſdictõez tpalẽ i ſuo dñio ſi fur vel latro depꝛ=hẽſus i furto vel maleficijs ad ducit̃ ad pſentiã eius ⁊ petit̃ puniri iuxta condignum ſui exceſſus. nõ debet ipẽ pſona liter de h̓ cognoſcere: iudica=re aut ſententiare. ſz debz hoc ꝯmittere ſuo ꝓcuratori: dicẽ=do iſta v̄ba. Fiat iuſticia. ge=neraliter nõ deſcẽdẽdo ſpeci aliter qua morte ſit moritur⁹ ne clerici vel monachi. c. vlti. li. vj. Nec per hoc etiã ẽ irre=gularis ſi ſequatur ſanguinis pena. vnde põt fieri ſpecialis cõmiſſio ſup tali caſu: ſed nõ expreſſa pena ſm. Goffreduz Idem tenet nouellator in di=cto. c. vl. li. vj. Dicit tamẽ no=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

uellatoꝛ in nouella ibidem ꝙ ſi epus vel platus mādat notario ſuo vt i tali caſu ſcribat cōmiſſionē ꝓcuratoꝛi epi: v ſup his faciat iuſticiam. talis notari⁹ eſt irregularis: qḋ ꝓbat ex eo quia talis non habꝫ facere quicꝙ̄ ex officio ſue iuriſdictōis. qḋ requirit illa decretalis. Sit ergo epus cautus vt nō inijciat laqueū clericis. vñ cōmittat iſtam iuriſdictionē laico ꝑ ſeipm imediate ꝛ ꝑ aliū laicū. nō aūt ꝑ clericū. Et ſcias ꝙ h̄ nō ſolū veritatē hꝫ in plato habente iuriſdictionē tēpoꝛalē rōe bñficij ſed etiam rōne patrimonij ſm nouellatoꝛē ibidem. ꝛ qḋ plus eſt: dicit idem ꝙ exq̄ clerici tales cauſas ſine metu irregularitatꝭ pñt alijs delegare. ſatis videt̃ ꝙ ſi laicus talē iuriſdictionē hñs ſed ꝓbabilē. cauſas ſanguinū criminat poterit hoc nō obſtante oꝛdinari. q: non fit irregularis ea rōe. Caueat ergo plat⁹ cū int̃rogatus fuerit a iudice ne reſpondeat malū eſt ſi ille malefactoꝛ remāſerit ipunitus. nā tūc eēt irregularꝭ vt de exceſ. pla. ex lrīſ. Trigeſimanona regula. Si iudex hñs latronem captum q̄rit de aliquo perito quid debeat fieri de tali ꝛ ille rñdet talē eē moꝛte puniēdū vel ſimile. iudex autē ſecutus eius cōſiliū latronē punit ad moꝛtē irregularis eſt cōſulēs q: fuit i culpa in caſu q̄ de facto nō erat rñdēdus vt de exceſ. pla. ex lrīs. ſi tñ nō ē caſuſ de facto. ſ; iudex q̄rit ſimpliciter qualiter ſint tales punien di. ꝛ cleric⁹ rñdet ꝙ ad moꝛtē vel ad ſanguinē. ſi rñdens rñdet ſm verā iuris ſniam vt expt̄us iuriſcōſultus nō ē irregularis. ꝛ maxīe ſi extra iudicium. vt dicit glo. i dicto. c. ex lrīs. Si aūt errans in iure dixit cū tamē aliter iura diſponant. irregularis eſt. vt colligit̃ ꝑ vvilhelmū in ſpeculo. ti. ij. §. iuxta ꝓpoſitōis. Si autē qui nō reputat̃ iuriſcōſultus interroganti rñdet nō vt iuriſcōſultus: ſed ſimpliciter dicit quid de talib⁹ ſentiat. nec pſumit ꝙ iudex eius ſequatur reſpōſionē nō ē irregularis ex quo nō rñdet ad caſuꝫ q̄d ſit de facto. Nā ſi ꝯſuleret ad caſum de facto irregularis eſſet ſm Raymundū. Quadrageſima regula. Suſpenſus ab officio celebrando fit irregularis. vt. xj. q. iij. ſi quis damnatus. ꝛ. c. ſi quis epiſcopus; in conſilio. Et licet illi canones loqunt̃ de excōmunicato ſcienter ꝛ in cōtemptū clauium celebrante. hodie tamē



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

idem irregularis eſt in ſuſpẽſione a diuinis. vt de re iudi. cum eterni. ꝛ de ſen. excõ. cuꝫ medicinalis. li. vj. ꝛ i hoc caſu ſol⁹ papa diſpẽſat vt notauit vvilhelm⁹ in ſpeculo. titu. ij. §. nunc de epoꝝ. v. eſt inquam. Suſpenſus autẽ a beneficio tantũ non fit celebrando irregularis: quia hoc nullo iure cauetur ſm Innocentiuꝫ. de elec. cũ in cunctis. §. clerici. et c. ſtatuimus. de ꝓceſ. ꝑben. qꝛ diuerſitatem. Minori quoqꝫ excoĩcatõne ꝓpter participationem excõmunicati in locutione vel ſimilib⁹ ligatus. licꝫ celebrãdo grauit̃ peccet: non tñ efficit̃ irregularis. qꝛ h̃ nullo iure cauet̃ ſm Inno: imo ſi medio tpe poſtqꝫ cõmunicat excoĩcato celebrauerit bñ ꝑt pniã pacta ſine pape diſpenſatione celebrare vt de cle. ex com. miniſ. ca. ſi. xj. q. iij. ſi qs ꝑſbiter. Inno. tñ ꝛ Hoſtiẽ. dicunt ꝙ tales nõ ꝓpt̃ ſuſpẽſioneꝫ a iure celebrare ꝓhibent̃ cũ nõ ſint ſuſpenſi a iure nec ſuſpendendi ſed ſoluꝫ ꝓpter peccatũ ꝓhibent̃ cum fuerint ſuſpenſi quo ad deuꝫ a ſacramentis ꝛ a ꝓmotione. ſi eniꝫ a iure ſuſpenſi eſſent celebrãdo fierent irregulares. per. c. cum eterni. de re iudi. li. vj. et de ſen. excõ. cum medicinalis eodem li. vj. Ex quibus oib⁹ hoc colligit̃ ſm abbatẽ in diſtinctiõib⁹ ſuis. ꝛ. c. ſi celebrat ꝛc. de cle. excõ. miniſ. ꝙ celebrans in mortali peccato nõ incurrit irregularitatem poſt pñiam ꝛ recõciliationẽ obtẽtam ſuꝑ peccato mortali vel excõmunicatiõe minori ex q̃bus celebrans poterit ſine aliqua diſpẽſatione ſupioris celebrare nec obſtãt noua iura ſcꝫ. c. cum eterni. de re iudi. et c. cuꝫ medicinalis. de ſen. ex. lib. vj. que loquuntur de illis qui ſunt ingreſſu eccleſie priuati: ꝛ a diuinis ſuſpẽſi quod non eſt in iſtis. cum iſti nec ingreſſu eccleſie ſunt ꝓuati. nec etiã a collatione ſacramẽtoꝝ ſ ſolũ a ꝑceptõe ſunt ſuſpẽſi. Quadrageſimapꝛima regula. Notori⁹ fornicator a iure ſuſpenſus celebrans nõ fit irregularis ſm vvilhelmuꝫ in ſpeculo. ti. ij. §. iuxta ꝓpoſitionis nec obſtat ꝙ q̃dã dicũt quod libet pctm̃ notoriũ facit hominem irregularem. vt de tẽpo. ordi. c. queſitũ. hoc em̃ veruꝫ eſt ſi ibi nõ intelligit̃ irregularitas talis que requirit pape diſpenſationem. Unde dicit abbas vbi ſupra ꝙ in illa irregularitate quã quis incurrit ex notoria fornicatiõe ꝛ i tali celebrat põt epus diſpenſare

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

poſt pniam.p.ca.acn.de litis ptes.Et ita hodie ſuat. Et q̄uis qdā nimis rigidi. vt Hoſtiē.⁊ Inno.dicūt contrariuz tn̄ nō ſunt audiendi:quia qui nimis emūgit elicit ſanguinē iiij.di.deniqz. Nec aduertas rōnez illaz qua dicūt.Omnis ſuſpēſus ab officio p canonē celebrando fit irregularis:vt dr in.c. cū clerici. de re iudi.⁊ c.medicinalis.de ſen.ex.li.vj ſed talis ē fornicator notori⁹ vt ptz in.c.qſitū de coha.cle. ⁊ mu.⁊.xxxiij.di. ppt h ergo efficit irregularis celebrādo. Ad hoc reſpōde audacter ſz Franciſcū de ſarabel. i.c.veſtra.⁊.c.queſitū.de cohabitatiōe clericoꝝ q ſuſpēſus a canone celebrās tūc ſolū incurrit irregularitatē qn̄ p modū ſnie fit a canone ſuſpēſus:vt in dicto.c.cū eterni.li.vj. Sic aūt nō eſt i fornicatore notorio ⁊ ſymoniaco: quia nō per modū ſnie ſed enūciatiue dicunt a canone q ſint ſuſpenſi vt patet in.c.queſitum. de cohabitatōe clericoꝝ.ergo celebrando nō fiunt irregulares. de ſen.excō.li.vj. Tene ergo ſm Franciſcum q ſi in canone dicit penam imponente q talis ſit ſuſpenſus ab officio vel dr ſuſpendimus talem ab officio ſi hoc fecerit.tūc talit ſuſpenſus celebrās fit irregularis:vt in dicto. c.cuz eterni Sed ſi dicit in canone penaz approbāte vel enūciante ſeu recitāte aliquē eſſe ſuſpenſuz ſicut dicit de fornicatore notorio.in.c.queſitū. vbi tn̄ recitat notoriū fornicatorem eſſe ſuſpenſuz.talis celebrādo nō fit irregularis. Pro iſto dicto eſt famoſiſſimus ille doctor Guido de bayſio:archidiaconus nuncupatus.xxxij. diſti. ad hec vero.vbi ipe notat in fine glo.que incipit iſtud itelligit.q notori⁹ fornicator nō eſt pncipaliter ſuſpenſus a canone:ſ a deo.qđ patet ex eo: quia q̄cito penitet licite celebrat.de coha.cle.ca.vlti.licet in odium criminis p canones aliquid ſit additū quo ad vitationem eoꝝ.vt ſcz nō audiantur ab eis diuina. vt in ca. veſtra.⁊ in.c.tua.de cohabi. cleri.xxxij.diſt.nulla.⁊.c.pter hec.⁊ hoc ſm Innocentium. Licet aūt Hoſtiē.notauit cōtrariū in ſpeculo.ti.ij.§.iuxta ppoſitionis.⁊.§.nunc de epiſcoporuz.verſu.xxvj.⁊ hanc viam tanq̄ mitiorez puto ꝯplectendā. Quadrageſimaſcđa regula.Suſpenſus a canone nō pp̄ter crimen:ſed ppt aliquem defectū.vtputa illegitime nati ⁊ corporeviciati non



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

incurrūt nouā irregularitatē ſi ante obtentā diſpēſationez celebrāt ſm vvihelmū in ſpeculo.ti.ij.§.iuxta ꝑpoſitionis ṽ.porro.⁊ idē notat̄ p archidiachonum.lvj.diſti.apoſtolica in principio.⁊ hoc ſeruat curia.q2 qñ diſpēſat cū talibꝰ ſimplicit̄ diſpēſat ſup defectu nulla facta mētōne de irregularitate:q2 nullam incurrunt lvj.diſt.apoſtolica.⁊.c.cenomanēſem de filijs pſbiterorū. veniens. Ideo dicit intelligēdum eſſe ſpeculator de illis q̄ ꝑpter infamiaz ſuſpenſi ſunt a canone.ſicut ſunt illi quorū crimina ſunt notoria:⁊ q̄ etiā poſt peractā pniaz celebrare ꝑpter ſcandalū ⁊ infamiaz ꝓhibent̄:vt in.c.fi.de coha.cle.⁊ mu.⁊ de homicidio ex lr̄is.c.fi.⁊ tñ ante diſpenſatōnē celebrando nouaz irregularitatem non incurrunt. quia hoc non inuenitur iure cautum. ſm vvilhelmū in ſpeculo vbi ſupra ⁊ archi.lvj.diſ.apoſtolica ⁊c. Quadrageſimatertia regula. Suſpēſus a ꝓfeſſionibus audiēdis celebrans ante reconciliationē non efficitur irregularis ſm vvilhelmum. q2 hoc nō inuenit̄ iure cautū xj.q.iij.§.euidenter. De hac ſuſpenſione habet̄.xxvj.q.j.⁊.v.q.vj.ꝑ totum. Quadrageſimaquarta regula. Recipiens beneficiū in irregularitate:impetrata abſolutōe ſuper irregularitate nō indiget alia diſpēſatione ſup bñficio obtēto.ſm Raymūdū ⁊ vvilhelmū in ſpeculo. Caueat tñ q̄libet ne in pctō mortali vel ſuſpenſione bñficium recipiat.vñ ſecurius eſt vt talis ꝯfiteat̄ āte receptionē ne collatio ſit vicioſa ſ3 vvilhelmū in.c.ſi celebret.de cle.excom.miniſ. Licet hoc ſit perduruz eſt tñ verum ꝑpter rōem ibi poſitam.q2 ſc3 eligi non poteſt in peccato mortali ad illa a quoꝝ perceptōne a ſanctis patribus eſt priuatus. Verū tamen abbas ibi moderatur hoc dicens ꝙ ſi cui exiſtēti in occulto colatum ſit ſed ipſe recipit illud poſt peractā penitentiam poterit retinere.⁊ allegat de tempo.ordi.queſitum de ſen.excom.c.vltimo. Sed propter peccatuz enorme.vt puta propter homicidiuz ipſo iure perdat beneficium. vt notatur per Archidiachonū.l.di.ſtudeat que incipit i glo.hic diſpenſat vbi dicit gloſa: quia de iure debet eo carere: quod expōit archidiachonꝰ per ſententiam non ipſo iure Nam homicidium non inducit ipſo iure priuationem be-

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

neficij ſm Bern̄. compoſtella
num q̄ ita notauit. de electio
ne ꝙ ſicut. in gloſa. j. §. ſi vo.
v̄. alia aūt. Et ideƺ ſentit In=
nocenti⁹ dicēs: ꝙ in homici=
dis irregularibus cadere pōt
ius cuiuſlibet dignitatꝭ: qꝛ eti
am iuſte habēt eā: ſi cum eis
fuerit diſpenſatum. Et etiam
ſine diſpēſatione iuſte tenent
predicti dignitates ſuas quo
uſqꝫ renūcient vel deponant:
ſm Innocentiū q̄ ita notauit
de exceſ. prel. cū in ꝑncipio.
Contra tñ iſtud dictū faciunt
multa iura: vt de clerico pu=
gnāte in duello. ca. henricus.
in fi. Item lv. diſt. ſi euangeli
ſta. v̄. in loco cuƺ diſpenſatio
requirat̄ vt homicida bñfici=
um recipiat. videt̄ ſecus de iu
re cōmuni. Item cum homici
da miniſtrare non pōt: etiam
poſt penitētiam ſine diſpenſa
tione. de tempo. ord. quo ſu=
ſpenſus eſt a beneficio qđ da
tur ꝑpter officiū. ꝛ ſic etiā ac
cedit: lxxxj. diſt. eos. ꝛ notat̄
de ꝯſuetudine. cū dilectus. in
gloſa. ſuſpenſus eſt. Tu dic
breuiter ꝙ hic nulla eſt cōtra
rietas. Nam Bernard⁹ ꝛ In
nocentius intelligūt ꝙ homi=
cida iuſte tenet ꝛ recipit bene
ficiū quouſqꝫ deponit̄ ꝑ ſen=
tentiā. Iura aūt in cōtrariuƺ
inducta dicunt ꝙ debet care=
re ꝛ priuari beneficio de iure
qꝛ de iuris rigore eſt inhabi/
lis ad illud. Nō tamē hoc ne
gat quin hoc fiat per ſententi
am: ꝛ ſic idem ſentiunt. Qua
drageſimaquita regula Preſ
biter excommunicatus vel ſu
ſpenſus ſimpliciter ab ordini
bus ſuis adminiſtrās in ordi=
ne accolitat⁹ efficit̄ irregula/
ris ſm vvilhelmum. Secus ſi
tantum a miſſarum celebrati
one fuerit ſuſpēſus. Quadra
geſimaſexta regula. Clericus
in minoribus conſtitutus ex=
communicatus miniſtrās ſa=
cerdoti ad altare portādo a=
quam: lumen ꝛ alia ſimilia nō
eſt irregularis ſm vvilhelmū
Idē putat de p̄ſbitero dyaco
no ꝛ ſubdiacono. Nō: qꝛ iſta
nulli ordini ſunt annexa: cū ꝛ
per laycos lr̄atos expediunt̄
Quadrageſimaſeptima re/
gula. Epiſcopus ſuſpenſus a
pontificalibus celebrando in
eis nō fit irregularis: quia pō
tificalia non ſunt de ſubſtan=
tia ſm vvilhelmū. Quadra=
geſimaoctaua regula. Suſpē
ſus ab ingreſſu eccleſie ſi i ea
celebrat irregularis eſt. ꝛ ſi in
tali ſuſpenſione decedit non
ſepelitur in cimiterio. vt de
ſententia excommuni. is cui.



Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

li.vj. Notat tñ nouellato in nouella q̃ põt in eccleſia audire diuina ſine metu itregularitatẽ.ſ nõ ſine pctõ.lz Hugo ꝛ Raymundus aliud notauerũt quoꝝ opinio refutatur ꝑ modernos. Quadrageſimanona regula. Excoicat⁹ vel ſuſpenſus baptizãs ſolenniter in ſuppellicio ꝛ ſtola puplice irregularis efficitur ſm vvilhelmũ. Sec⁹ ſi alit.ſ.ſimpliciter baptizat: ꝛ maxime i neceſſitate. Quinq̃geſima regula. Quicũq; nõ põt ꝓmoueri ad ordines ſine diſpẽſatiõe nec etiã ad honores. ꝛ quicũq; eſt illegibilis irregularis ẽ ſm vvilhelmũ.. Idẽ intellige de oibus caſib⁹ q̃ impediunt ꝓmouẽdos vel deijciũt iã ꝓmotos: vel qui penã depoſitionis merent. Unũ regulare ẽ q̃ q̃cũq; poſt peractã penitẽtiam nõ hñt ordinis executionem irregulares ſũt: ſicut homicide.l.di.§.j.erga. de ſymonia.tãta. Itẽ excoicat⁹ interdictus ſuſpẽſus in cõtemptũ clauiũ ſe faciens ordinari. de ſen.excõ.cũ illoꝝ. Itẽ ſi etiaz preſumit celebrare.xj.q.iij.ſi q̃s.de vi.ꝛ ho.cle.vt clericorum.§.ſi q̃s igit. Itẽ violãs interdictũ. de exceſſ.pla.tanta. Itẽ falſari⁹ litterarũ pape.d crimine falſi. ad falſarioꝝ.§.j. talis tñ ſm Innocen.ſi occultus eſt poſt abſolutionẽ ꝛ penitentiã põt ordinari: q2 nullo iure cauet q̃ ſit infamis ipſo iure. Itẽ hereticus de purgatione.c.inter ſolicitudines vel exhibẽtes hereticis ſacra de hereticis excoicatis.§.ſiuero. Itẽ ſodomita.de exceſ.ꝑla.clerici. Itẽ preſbiter denudãs ꝯfeſſionẽ.de pe. ꝛ remiſ. oẽs.c.fi. Itẽ incorrigibilis in ꝯtumacia ꝑſeuerãs.de dolo ꝛ ꝯtu.veritatẽ.§.fi. Itẽ notoriũ crimẽ de iure vel facto: de tẽ. ordi.c.fi. Itẽ vtẽs officio aſſaſinoꝝ vel defendẽs: receptãs occultans eos.lz mors nõ ſequat ide.de homici.ꝓ humani.li.vj. Itẽ apoſtata.de apoſtatis.ca.fi. Itẽ ſciſmatic⁹.de ſciſmaticis.ca.j. Item intruſus volũtarie ꝑ ꝑtãtem ſecularẽ.vij.q.j.fact⁹ de elec.q̃ſq̃s Itẽ omne crimẽ qđ ipo facto iducit infamiã ciuilẽ.ij.q.vij.§.porro. Itẽ ifamia deſcendens ex delicto ꝑ ſententiam declarato: q2 pena põt demi culpa ꝑmanente.ij.q.iij.§.hic colligit. Infamis eñ eſt irregularis: ſiue infamis ſit iuris ſiue facti.vt de accuſa.omps. de teſtib⁹.teſtimoniũ. Quinq̃geſimapꝛima regula. Excommunicatus maiori excoicatione ſiue ab homine ſiue a iu=

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

re ſcienter: durante excõmunicatione celebrans ſemp fit irregularis. z eſt deponẽdus de cle. excõ. miniſt. latrones. ſecus ſi ignorãter. vt eo. ti. c. apoſtolice. Si aũt dubitaret pbabiliter de ſententia excõmunicationis pſertim qñ conſcius eſt de culpa ſua pter quã iuſte potuit excõmunicari: neſcius tñ exponit ſe diſcrimini z celebrat cũ ſit excõicatus: irregularis eſt z indiget diſpenſatione pape ſm vvilhelmũ. vt in dicto ca. apoſtolice. Craſſa aũt ignorãtia i talibus iudicat. vt ſi citat⁹ pemptorie nec iuit: nec miſit ad terminũ. z ſic celebrat. lz nihil de excõmunicatione ſciat Circa premiſſa ſciendũ q ſuſpenſus a iudice ſiue ad certam diẽ ſiue ppetue ſiue quouſq peniteat ſemp ſi celebrat eſt irregularis: q2 talis nõ deberet celebrare niſi prius ſententialiter abſoluat ſicut ſententia ſuſpẽdit. In vltimo tñ caſu quidã ꝯtradicunt. vt. ij. q. v. preſbiteris. vbi d2 q taliſ ad arbitriũ ſuſpendentis facere debet. z ſi ante abſolutionem celebrat irregularis eſt. z idem de re iudica. dilectus. de exceſ. pla. apoſtolice. Suſpenſi vero a deo. vt ſunt omnes pctõres celebrãtes i peccatis nõ fiunt irregulares. licet peccent: niſi celebrarẽt in criminalib⁹. vt in homicidio: in ſymonia: z ſimilibus. z quibus etiã acta penitẽtia executio interdicit. vt ſupra dictum eſt. Suſpenſi aũt ab officio a canone pter crimẽ ſi celebrant irregulares ſũt. Et hoc intellige ſi ſuſpendunt a canone penã imponẽte: non autẽ approbante. vt in ca. cũ eterni. de re iudi. li. vj. q2 etiã in minori excõmunicatione exiſtẽtes ſuſpenſi ſunt a canone nõ imponẽte penam ſ approbante. z ꝯſcito penitet pt celebrare. de ſen. excõ. nuper vñ potius d2 ſuſpenſio dei ꝗ canonis ſz vvilhelmũ. Et nota ſm Johem and. in cle. j. de decimis. in glo ſup v. donec. q cũ alquis ſuſpendit donec ſatiffecerit ſufficit iudicis declaratio ſup ſatiſfactione ſine alia abſolutione. In excõmunicatis vo eſt neceſſaria abſolutio poſt ſatiſfactionẽ. Cõcordat ad hoc glo. Jo. an i c. ſepe q2. de elec. li. vj. ſuper v. donec plene. vbi dicit q illi q occupant bona eccleſiarũ vacantiũ. z ea diſtrahũt. tandiu ſunt a beneficijs z officijs ſuſpenſi donec ea plene reſtituerint. ipſis autem reſtituentibus ipſo iure ſine alia ſentẽ

tia reſtituti erunt: vt notauit Joh. an. lxxxj. di. ſi qui. Preterea ſciendum eſt ꝙ ſm glo. xxvj. di. deinde. īfamia ⁊ irregularitas ꝯtracta ante baptiſmum tollit̄ poſt baptiſmum. ⁊ hoc ſi ꝓuenit ex ꝓprio delicto. qꝛ dona baptiſmi ſunt ſine om̄i penitētia ⁊ ſatiſfactione: vt de ꝑſe. diſti. iiij. ſine. Si em̄ peccatum non deletur ꝗ̄tum ad infamiā: adhuc poſt baptiſmum obeſſet. quod negat Ambro. xxvj. diſ. vna. vn̄ ſi aliquis occidit mille homines ante baptiſmū: ois infamia ⁊ irregularitas tollit̄. vt lj. diſt. ſi quis poſt acceptum. vt patꝫ de paulo qui ante baptiſmū fuit homicida ⁊ tamē poſtea factus eſt aplus. vt. l. diſti. §. econtra. Huic tn̄ dicto aduerſant̄ doctores. nā archidiachonus in dicto. c. deinde dicit ꝙ bn̄ infamia exquo nō deſcēdit niſi ex peccato deletur in baptiſmo ſicut ⁊ peccatum ſed nō irregularitas que nō fundat̄ ſuper peccato. vn̄ ita irregularis eſt qui occidit cuꝫ peccato: ſicut qui occidit ſine peccato vt iudex ne clerici vel monachi. c. ſententiam et bigami: ⁊ corpore viciati. ⁊ ita i ꝑe Innocētius notauit de diuortijs. gaudem⁹. Ipſe tn̄ notauit. de homici. ꝑſbiterum. ꝙ homicidiū ante baptiſmum ſiue ex officio: ſiue ex voluntate fecerit homicidiū nō eſt poſt baptiſmū irregularis: qꝛ ois ſeq̄la pcti deleta eſt. Sed Goffredus de cōuerſione infideliū. c. j. notauit ꝙ pctm̄ ⁊ ſequela peccati bene delentur in baptiſmo ꝟ nō defect⁹ ſiue impedimentū. Prima via cōmuniter approbat̄ Speculator tn̄ i titulo de diſpenſationib⁹. §. iij. ver. is aūt videt̄ declinare ⁊c̄.

Cautele circa predicta obſeruande.

Prima cautela eſt. Eps ⁊ qlibꝫ iudex nō pt neq3 dꝫ excoīcare vniuerſitateꝫ vel collegiuꝫ. Et hoc ideo ne innocentes puniant̄ cū nocētibus. vt dicitur in. c. romana de ſen. excom. li. vj. Interdici tn̄ poſſunt innocentes cū nocentibus. de ſponſalibus. nō eſt. Et hoc ideo. quia ibi non eſt tantū ꝑiculuꝫ anime ſicut in excoīcatiōe que eſt eterne mortis damnatio: per quam quis tradit̄ ſathane. vt ſupra dicit̄. Secunda cautela. Caueat iudex ne ferat ſententiā excōmunicatōnis niſi ꝑmiſſa monitione. ſi tn̄ h̄ fecerit: licet ſen tentia ſit iuſta. ſed tn̄ puni

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

tūr lator pena c.ſacro.de ſen.
ex.l.ſuſpenſione ab ingreſſu
eccl̄ie infra menſem. Tertio
caueat ne ferat ſn̄iaꝫ excoīca
tionis: ſuſpenſionis vel inter
dicti pro futuris delictis. pu=
ta ſi tale quid fecerit. nec pro
p̄ñtib⁹ ſub ea forma: ſi de illis
infra talem terminuꝫ minime
ſatiſfecerit. vt in.c.romana ꝺ
ſen.ex.li.vj. Vñ ſm Ioh.an.
in nouella ſup dicto.ca. valde
ridiculoſum eſſet ſi diceret p̄=
latus.excōmunico petrum ſi
furtum fecerit. ſi adulterium
cōmiſerit: cum tñ ad talia pa=
ratus ſum vel ſuſpectus: ſi tñ
mora cauſa vel culpa p̄ceſſit.
bñ potest excōmunicari ſub
illa forma. Exemplū vt q̄ de
mora condēnatus in actione
pſonali non ſoluit infra quat
tuor mēſes vt debuit. poſtea
iudex debꝫ p̄cipere vt ſoluat
infra certū tps al's ſit excoica
tus. hic enim mora preceſſit.
Siſr de culpa: vt q̄ negligen
tes fuerunt clerici ī diuis offi
cijs dicēdis: poterit iudex di=
cere. Excōmunico oēs q̄ non
itererūt canonicis horis. hic
eñ culpa p̄ceſſit. Siſr de offē
ſa: vt in coniugato qui tenuit
cōcubinā ſepareꝫ ab ea ne ex
cōmuniceꝫ ſi vlterius redeat
ad ipſam. Al's preter iſtos ca
ſus iudex nō debet ferre ſen/
tentiam excommunicationis
ſub certo termino ꝛc. vñ ma=
le faceret ſi ſtatim poſt condē
nationem factam in perſona
li iudex preciperet infra cer/
tum tempus ferendam ſentē
tiam excommunicationis. cū
tamen nō preceſſit mora. Et
in hoc ſepiſſime iudices no=
ſtri temporis excedūt moduꝫ
Ideo hec dixi p generali do
ctrina. Circa diſpenſationem
predictarum cenſurarum eſt
ſciendum q̄ licet ſm quoſdaꝫ
doctores epiſcop⁹ nō poteſt
diſpenſare ſup irregularitate
ꝛ alijs defectib⁹ niſi vbi exp̄ſ=
ſe ſibi a iure pmittiꝫ ſm vvil=
helmum nazonem Goffredū
Iohem de deo ꝛ Innocenti=
um. Al's ſm iſtos ep̄us diſpē=
ſans in caſibus ſibi a canone
exp̄ſſe non pmiſſis. videtur ī
pugnare canones vel eos tol
lere. Tu tamē dicas q̄ vbicū=
q̄ expreſſe a canonib⁹ pote=
ſtas diſpēſandi nō phibetur
epiſcopis. epi poſſunt diſpen
ſare. Et hoc dictū per docto=
res cōmuni⁹ approbatur Ita
dicunt Iohes. Laurentius.
Hugo. Tan. Berñ. vvilhel=
mus in ſpeculo. ti. de diſpen=
ſationib⁹. §. nunc de epoꝝ. et
ille famoſiſſimus doctor dñs
archidiachon⁹. l. di. ꝺ p̄miſſis
vbi late pſequiꝫ iſtā materiā

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

improbando opinionē cōtra
riam qui etiā dicit dñm ſuum
Hoſtienſem dixiſſe ꝙ in his i
quibus pctm̄ mortale eſt ſm
leges diuinā: ſicut in furto ra
pina. vt. xiiij. q. v. penale. di=
ſpenſare nō poteſt nec etiam
papa vt aliqui dicūt. niſi pe/
nitentiā agant ⁊ reſtitutio fi=
at. de vſu. cū tu. ⁊. xiiij. q. v. ſi
qd. ⁊ c. multi. ⁊ ea. q. vj. ſi res
In his vero in quibus pctm̄
mortale eſt ſm ius poſitiuū
vt vbi eſt epiſcopis vel inferi
oribus pape interdicta diſpē
ſatio nullus diſpenſat niſi ſo=
lus papa: vel is cuiꝰ ſpeciali=
ter cōmiſerit. Si vero non eſt
interdicta poteſtas diſpēſan
di. tunc poteſt. Hec archidia/
conus. Pro iſta ſententia fa=
ciunt multa iura: vt de hereti
cis. excōmunicamus. §. ſane.
de ſen. excom. nuper. ⁊ cap. a
nobis: ⁊. ca. cum illorum. ⁊ de
ſponſalibus. cū apud. xvj. q
j. ſunt nonnulli. ff. ex quibus
cauſis maiores. l. necnon. §. j.
Nam ⁊ apoſtolus dicit. Om
nia mihi licent. xj. q. j. aliđ. Et
ex his pꝫ ꝙ̄ lata ſit poteſtas
epiſcoporū quia omnia poſ
ſunt: niſi expreſſe prohibean=
tur. Sunt autem multi caſus
in iure expreſſi in quibus eis
conceditur auctoritas diſpē=
ſandi quos licite ſcripſit vvil
helmus in ſpeculo iuris. de q̄
bus hic ſuperſedere cenſuit
ſcribētis ſedulitas: ſciens q̄a
epiſcopi non egent vt q̄s eos
doceat: ſed ipſi aliorum ſunt
doctores. j. q. vj. ꝯuenientibꝰ
preſertim cum preſentis opu
ſculi principalis intentio fue=
rit ſimplicibus ſimplicia tra=
dere rudimēta non perfectis
ſubtilia: vt cum apoſtolo lac
potum daret non eſcam par=
uulis. propter quod etiam ſti
lus eiuſdē non indoctis aut
perſuaſibilibus humane ſapi
entie verbis: ſed in doctrina
ſpiritus excurrit. eo ꝙ iuxta
Iſid. de ſum. bono li. iij. Hor
ret ſacra ſcriptura ſpumeum
ſapientie ambitū. Ignoſcāt
igitur doctores ſuper ſtili et
materie ruditate. que non ip
ſis ſed ſimplicibus dirigitur.
Grati ſint ſimplices quorum
profectui preſens opuſculū
deſtinatur. Sed ⁊ ipſi reuerē
diſſimi patres ⁊ domini archi
epiſcopi: epiſcopi: ceteriq̄ p̄=
lati doctores et magiſtri ſi q̄
bene ſcripta in preſenti tra=
ctatu inueniāt approbare di=
gnentur gratioſe. que vero du
bioſa: vndoſa aut pplexa de=
clarent: delucident ⁊ interpre
tentur. Inſuper que minꝰ be
ne poſita fuerint corrigant ⁊
emendent occupationi potiꝰ

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

ꝙ ignorantie aſcribentes er
rorem. Teſtis em̄ deus eſt et
angeli eius me grauibus ⁊ ar
duis nō ſolum diuerſis: verū
etiam ſibijnuicē aduerſis pro
tunc occupatum fuiſſe nego=
cijs. ⁊ niſi pia duxiſſet manuz
ſedulitas: niſi diuine grē miſe
ratio animū laceſſitū confor=
taſſet. neq̄ ꝙ naufragoſa ibe=
cillis animi tūba ꝓprijs cona
tibus ſub anhelo pectore ſa=
lutarem euecta fuiſſet ad por
tum. Hortor poſtremo vt qſ=
quis iſta legeris mei peccato
ris recorderis: exorās dn̄m vt
nō ꝓ tam induſtrioſo labore
ꝙ pie mētis deuotione ⁊ bo=
ne volūtatis affectu quo cun
ctis xp̄i fidelibꝰ ꝓficere cona
bar mercedem ꝑpetuam om=
nibꝰ fideliter in vinea ſua la
borantibꝰ ꝓmiſſam largiri di
gnetur tēpore oportuno.

Suſcipe cōpleti laudes o
chriſte laboris.
Quas cordis leti vox ſub
dita reddit amoris.
Sit merces operis oratio
ſancta legentis:
Que iungat ſuperis nos
toto robore mentis.

Finit tractatꝰ ꝑutilis de
adminiſtratione ſacramētoꝝ
de expoſitiōe officij miſſe. de
dicendis horis canonicis. de
ꝙ cenſuris eccleſiaſticis ca=
nonice obſuādis Impreſſus
Pampilone ꝑ magiſtrū Ar=
naldū guillermū de brocario
Anno dn̄i. M.cccc. xcix. die
vero penultima Januarij.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

# Tabula huius tractatus.

De ſacramētis ī genere.fo.iij
Quid ſit ſacramentū ꝛ quot ſint.fo.iij.
De ſacro baptiſmi.fo.iiij.
Baptiſmus quomodo diffiniatur.fo.v.
Qꝫ triplex ē baptiſmꝰ. fo.vj
De baptiſmi accñtibꝰ. fo.vij.
De cautelis circa h̄ ſacramētum ſeruandis.fo.vij.
De cathecismo ꝛ exorciſmo. folio.ix.
De modo baptiſandi.fo.ix.
De ſacramento confirmationis.fo.xiij.
Que ſunt de ſubſtantia huiꝰ ſacramenti.fo.xiij.
De accidentibus circa ſacramentum ꝯfirmationis.fo.xv.
Cautele huiꝰ ſacri.fo.xv.
De ſacro euchariſtie.fo.xvj.
De credēdis circa hoc ſacramentū.fo.xix.
De cautelis ſeruandis circa hoc ſacramētū ex parte ſumētium.fo.xxj
De cautelis ſeruādis ex parte ſacerdotis h̄ ſacr̄m cōferētis vel ꝯficiētis.fo.xxv.
De ſacro penitētie. fo.xxviij
De ꝯtritione q̄ eſt p̄ma pars penitentie.fo.xxix.
De ꝯfeſſiōe nūc ſeq̄t.fo.xxx.
De modo audiendi confeſſiones.fo.xxxj.
De caſibus ad papam pertinentibꝰ.fo.xxxiij.
Caſus epiſcopales nunc ſequunt̄.fo.xxxiij.
De ſatiſfactione que eſt tertia pars penitētie. fo.xxxiiij.
De penitētijs iniūgendis ſm canones.fo.xxxvj.
De reſtitutiōe ablatoꝝ in ſatiſfactione.fo.xl.
Cautele ex parte ꝯfitētis ſeruande.fo.xl.
De cautelis ſeruādis ex parte cōfeſſoris.fo.xlij.
De penitentijs īfirmoꝝ ꝛ decedētiū de hac vita.fo.xlv.
Quō ſacerdos ſe h̄re debeat erga īfirmos.fo.xlv.
Regule q̄bus pctā mortalia atq; venialia ſunt cognoſcenda.fo.xlvj.
De ſacramēto extreme vnctionis.fo.xlix.
De ſacro ordinis.fo.lj.
De accidentibꝰ huiꝰ ſacramēti.fo.liij.
De cautelis hic obſeruandis folio.liiij.
De ſacro mr̄imonij.fo.liiij.
De ſponſalibꝰ.fo.lv.
De diffinitione matrimonij. folio.lvj
De impedimentis matrimonij.fo.lix.
De cautelis huius ſacramenti.fo.lx.

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

## Tabula

De expoſitione miſſe.fo.lxiij
De p̄ma pte miſſe.fo.lxiiij.
De ſcd̄a parte miſſe.fo. lxvj.
De tertia pte miſſe.fo.lxvij.
De q̄rta pte miſſe.fo.lxx.
Sequitur ſcd̄a pars canonis folio.lxxiij.
Sequit̄ tertia pars canonis. folio.lxxvj.
De q̄nta parte p̄ncipali miſ=ſe.fo.lxxix.
De ſexta pte miſſe. fo.lxxxj.
Cautele ſuāde in celebratione miſſe.fo.lxxxij.
De dicendis horis canonicis. folio.lxxxiiij.
Cautele in dicēdis horis ca=nonicis ſuāde.fo.xc.
De excōmunicatiōe. fo.xcij.
De effectu excōicatiōis.xcvj
De participatione cū excommunicatis.fo.xcvij.
De ſuſpēſionis ſnia.fo.c.
De forma ferende excōmu=nicationis.fo.cj.
De eccleſiaſtico int̄dicto q̄lit̄ ſit obſuandū.fo.cj
De irregularitate.cviij.
Cautele circa p̄dicta ſeruāde folio.cxviij

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

Ministerio de Educación, Cultura y Deporte

DE
SACRAMEN
ET EORUM
ADMINIST

83

Ministerio de Educación, Cu